Jedrzejowiensis Collegii Soc. Jesu Triumphalis
solecatus virtutis Appia


Biblioteka Jagiellońska
stdr0004673


V
B
J
D

TRIUMPHALIS SOLEATÆ VIRTUTIS APPIA.

Quâ

Illustrissimus Dominus

DN. VLADISLAVS ŁOS

Palatinus Pomeraniæ,

Terrarum Prussiæ Thesaurarius, Skarszeviensis, Pokryvnensis, Latovicensis &c. &c. Capitaneus

Ad Trabeati Honoris Capitolium,

In frequentissimo meritorum comitatu,

Nobilibus desideriis, & affectibus,

DEDVCTVS EST.

Jam verò

Inter festivos Pomeraniæ applausus

Gratulatorio, Gedanensis Rozrazeviani Collegii Societatis JESU, obsequio

Salutatus,

ANNO

Patefactæ, in Verbo Patris, Viæ.

M DC LXXXV.

A fundatione ejusdem Collegii Centesimo.

t.

In laudem

Illustrissimæ ŁOSIORUM Soleæ.

Quodsi severæ messis adoreas
Et martialis, fulgura gloriæ
Est, qui requirat? stant rigentes
Hinc Soleæ, Soleisq; nixæ
Hærent Sagittæ. &c.

P. Kanon. lib. I. Lyr. Od. 9.

Accede priscis, digna, Mæcenatibus
Clari propago Stemmatis,
Divo, propinque, Sanguini Sanguis, pio
Cognata Kostcæ *Gloria.*

Idem lib. Epod. Od. 13.



I.

Flectitur in pulchram, Soleatam Stemma, coronam,
Ut summus cingi possit honoris apex.

II.

Łossiniam, trabeatus honor festinat ad Aulam
Nam patet in Soleis, *Appia Porta, tuis.*

AD

Illustrissimum Dominum,

DN. VLADISLAVM ŁOS,

Palatinum Pomeraniæ,

Terrarum Prussiæ Thesaurarium, Skarszeviensem Pokryvnensem, Latovicensem &c. &c.
Capitaneum,
Dominum Dominum
&
Patronum Beneficentissimum.



Oleatæ virtutis Appiam, *premunt hodie impressa* Domûs Tuæ *elogia.* Senator Illustrissime. *Si enim totum fortunæ robur, vetus Roma in Polonos transfudit, dabit Arcem Capitolinam* Łosianæ *Augustal* Gloriæ, *& quæ valvas insignit* Solea, *portam eriget triumphalem. Et jam fortunatis passibus, Aulam Tuam ingressus est Princeps Honor Pomeraniæ, cui, pulchro præiverunt agmine coronata Nobilitatis desideria, & quæ densis legionibus Tuum latus stipabant merita, in serenum gloriæ comitatum cesserunt. Ultimo accurrit ex ordine,* Gedanense Societatis JESU Collegium, *& collata Virtutibus Tuis, Dignitati, ab ipso promit pectore, amoris satellitium Merentur hoc, affectus nostri pondus,* Illustrissimæ Gentis *Tua* Atria, *quæ Dexterrimum in* Vladislao, *Zelozissimum in* Ludovico, *Polplinensibus Infulis coronato, Societati nostræ, Protectores dedêre. Hinc postquam* Tibi *nuper aures, in Domestico literarum Emporio, Tuis accepissemus elogiis, pupillam hodie postulamus, ut qui gestis, Sarmaticum serenas Orbem, Tuam vel oculi radio illustres laudem. Probabit hunc, citra dubium, Gloriæ Tua typum, Universi oculus Censor, & se facilè ad Tui imitationem*

componet, ubi Heroica Losſiorum *Auſa, ante ſui ſereni aciem propoſuerit. Poſt colorem Purpuræ, ſepiæ reſtabat atror, qui Illuſtrisſimos* Vladislai *titulos, umbrâ ſuâ diſtingueret: nec tàm properè damnaretur ad noctes, in accenſam Palatini Honoris lucem, evocatus. Tardiori non diffiteor molimine* Aulam Tuam, *Oratorius ſubintrat labor, intra tamen gloriam, triumphatæ,* Vobis *magnitudinis. Gentilitia* Losſiorum *Penna pernicior eſt in rectefactis, quàm eſſe poſſit in elogiis, Oratoria. Verùm ſatis feſtinus eſt in obſequiis amor, qui ſolidiſſimus. Prævolârunt alii, quibus Tui Penna Stemmatis panegyrim fudit; gradatim nos ſoleato tramite proceſſimus, feliciores vel inde aliis, quia Tuis ex veſtigio* Solearum, *vicini Plantis. Et ſanè, grandia* Illuſtrisſimæ Perſonæ Tuæ *decora, integerrimis adorari merentur ſeculis, monerique in horas debet dignitas, quanto* Te Viro, *ſublimata ſit! Hinc Trabeatæ majeſtatem Gloriæ dignè ſuis comprobavit affectibus Gedanenſe Collegium, poſtquam longo dierum menſiumque tractu, dignum ſuis Lechicisque applauſibus,* Pomeraniæ Palatinum *proſequitur. Gratiæ Tuæ patrocinio, etiam nos ipſa ſupra vota auxiſti, quid non ergo perennem* Tibi *gratæ mentis teſſeram, ab ingenio in elogiis, à pectoribus in affectu, depromptam panderemus? Fervet* Losſiani nominis *in cordibus amor, & adhuc in dies creſcet, donec ad omnem guſtum nutriatur obſequiis, ſimulque fortunæ ſuæ auctario animum & pupillam noſtram exſatiet. Habes pro* Te, *obſidem in Cælo, Beatum* Stanislaum Koſtka, Senator Illuſtrisſime, *qui ſuam Tuamque Soleam in pulcherrimos rotabit Lechici Regni uſus, & militantem Sociorum JESV legionem ita excolet in ingeniis, ut vel pari cum ſagitta Pennæ Tuæ velocitate, provolet in elogia, vel non diſſono Soleæ Tuæ veſtigio, ſolidiſſimis inſiſtat affectibus & obſequiis.*

Illuſtrisſimo Nomini Tuo

Deditisſimum ac Devinctisſimum

Gedanenſe *Societatis* JESU Collegium.

PANEGYRICUS
ILLUSTRISSIMAE DOMUS ŁOSSINIAE

SArmaticos nondum rapiant vicina triumphos
Regna, nec in prædam vulgo (*cui mille per artes*
Mille per innocua, placet ire incendia famæ)
Dividat ambitos, Lechiæ, citus orbis honores.
Omnis adhuc nos, fama penes. Nec robur avitum
Destituit pectus. Semper majoribus ardet
Imperium titulis. Redimitam laurubus Arcem
Undiqve conscendit numerosis, Gloria portis.
Quodsi strictus adhuc callis, quo, grandibus ausis
Procedat cumulatus honor? Spatiosa sub Armis
APPIA ŁOSSINIIS surgit, gravibusqvé Curules
Condignas meritis, in præmia ducit ad Aulam.
Ergo Palatinis nuper decorate trophæis,
Majores specta titulos? quos, ampla, reductis
Postibus, adducet soleato tramite, Virtus.

HUnc nimirum Tu ILLUSTRISSIME DOMINE in orbatam, Palatino Pomeraniam reduxisti honorem, postquam nuper lubrico, Bellonæ casu, in Tuorum, quos geris hodie, titulorum Antecessore, prostratum, grandibus erexisti meritis. Apertâ Soleatæ Virtutis Appiâ, Domum Tuam, ingressus, lætiorem, fractis mœrore Civibus revexit vultum, & inducto, humeris tuis, laticlavio, hilaravit pupillam, electro lacrymarum offusam.

Scio equidem semper esse Honorem, Bellatorum comitem: ubiq; latus coronat Principum, ne in solo capite, imperium exerceat. Postquam tamen quandoq; alienos, illustrat soles, sæpius, quod, domo extulit, extinguit Lumen. In accensis Majorum, Ceris ita plerumqvé fastus nepotum ardet, ut acceptâ fortunâ in pabulum, ipsam, quæ,

 superest,

supereſt, vitam aliquando abſumat, ſuo vero Principe, orbatus Honor, ſpernitur errabundus per Regna, nec facilè veſtigat viam, quâ minor, Domino in Patriam redeat. Ferro, alii, hoſtilem invertunt terram, ne ſterilem, triumphorum meſſem colligant: educunt, otiosâ vaginâ, enſem, ut ſolam ex tabo hoſtium rubiginem imbibat: ipſi tamen quandoq;, feralibus, petiti armis hebetantur, cùm ſua, in cervicibus æmulis, arma acuunt. Gemunt, triumphalibus, coronata, Laurubus, prælia quòd amisſis Heroibus, ſolâ, redimitas, cupreſſo, victorias, expediant domum.

'edux ex Hungaria, Honor.

Admiſſus, in ſuppetias, præliorum, Honor, aut magnis, onuſtus victoriis, teſtem dexteritatis arenam extollit tumulis, aut ſûi dimidius in Patriam redit; huic unicæ felicitati ſuperſtes, quòd à morte Heróûm, non mœrorem in veſte lugubri, ſed liberaliter propinatum, hoſti, ſanguinem circumferat in purpura. Nullus equidem gloriosiùs invenit vitam, quàm qui, illam, inter medios, præliorum triumphos amiſerit: nec ſolidiùs victoriam erexit, quàm ubi glandibus, ex tormento ejectis, ſubrutus occubuerit. Pulcherrimæ aſſurrexit gloriæ, cui inter virorum agmina, fortior Bellonæ impetus, inflexit ad caſum pedes. Ille tamen me arbitro, grandioribus triumphis perennat Hector, qui adverſantia, dexteritati ſuæ, fata, tardior in Achille reperit.

Auro nempè illorum ponderari deberet corpus (ſi ad vitam, reductum, mortalia etiam triumpharet fata) qui, natalem, Dardanii ſoli, libertatem, ipſo propugnant pectore. Cui verò, militaribus, enervato, præliis, ultimam, in vallorum fosſis, quietem, triumphales effodiunt gladii, hic, non Patriæ provolabit in obſequium, à qua, ultimum præſtolatur.

Tales nuper Heròás, in aquilis viderat, Amor boni publici, ubi ad totius Orbis ſecuritatem propugnandam, evocati, incenſum, furore Orientem, occaſu ſuo gloriosè ſuſcepto extinxerunt. His vel ipſis, mæniorum oculis, quos,

quos, hoſtilia efformârunt tormenta, Vindicias Chriſtianæ libertatis, Polonam ſcilicet fortitudinem proſpectabat VIENNA, & retardantibus, exploſas glandes, pectoribus, murorum medebatur vulneribus. Explicatæ in Aquilis Cruces, deſperatas, Auſtriæ evolvebant victorias, metuendas vel inde Orienti, quòd à ſuo defeciſſent Conſtantino. Ubi nihilominus gentilitiæ in POTOCCIIS cadebant Cruces, in Viennenſibus ſimul nutabant turribus. Proniora ad caſum, capita, quæ Auguſtis Menſibus, anguſta nimis premebat obſidio, ipſis, ſeſe, mæniorum ruinis apparabant æquanda, ubi nec acutisſimi Modrzeviorum Vomeres, fertilem in Pannonicis agris promittebant victoriam. Herbam, ſeſe, faſtuoſo porrexiſſe hoſti, ex timoris arbitrio, autumabat VIENNA, poſtquam uno prælio, terna in duobus Wielohorſciis lilia, meſſuerit fatum. Nolebat ſcilicet ſine Patre florere filius, quin à caſu Victorem, ætatis flore coronaret, ex cujus ſanguine liliaceum accepit germen. Adhuc benè Orientis inſolentiam reprimebat VIENNA, cùm inter medios, legionum acervos, DONHOFFIANUM haberet APRUM, Muſurmanicæ opponendum ferociæ. Ruebat ille per denſisſima catervarum nemora, & criſtatas, tumiditatis arbores, radicitùs ore gladii ſubruebat. Ita nimirum celer procurrebat in hoſtem, ut timidiores plerumq; lepores in domeſtica antra aſſolent. Calcaribus, alii, frenis ille egebat, ne tam celeri victoriâ tardaret vitam. Sed fruſtra erat impetus, gentilitiâ arcendus manu! caput erat poſiturus in acie, quod index manus apparabat. Concuſſa eſt, præ ſtupore Hungaria! cum tam ingens Bellator caderet. Tremuerunt à metu, pedes Auſtriæ, cùm Poloni Senatoris occideret Caput: & colorato, Palatinis Curulibus Danubio, ſuum eluebat infortunium, quòd tam nobili, Polonorum diſpendio, integritas Pannonici Regni ſarciretur. Et jam credo poterat derelictus, effuſo, Herois ſanguine palleſcere miles; niſi fugientem à metu animam, ſui pectoris, objectu, REGNATORUM SERENISSIMUS cohibuiſſet.

Victorioſu[s] aliquorum in Hunga[ria] occubitus.

Accendit [...]elia Rex [...]renissi[...]us.

Nondum morte, Polonam opprimamus fortitudinem. Uni, vulnus illatum, capiti, omnem à pectoribus non pellit Vitam. In Gradivi acie, semper plumbeis, permista glandibus volvuntur capita. Efficaciùs perimitur hostis, ad quem, capitis dirigitur globus. Quem in agone trahunt bellatores Spiritum, nobis, ultimis delegant tabulis, ut eorum, animati ignibus, accrescentia lunæ cornuá molliamus. Semper amicâ est umbris Cynthia! postquam modicas ad Parkanum induxit Poloniæ, totas in se recipiet noctes. In virorum viriumqve plenilunio, ad VIENNAM palluit, decrescat cum rubore ad Strigonium. Si Polonæ Aquilæ, ipsum solem in pupillam transferunt, quid non Lunam minorem? quam suis ululatibus proscribunt noctuæ, dum spectant. VIENNENSIBUS præliis, attritus mucro habebit in Luna cotem, ad quam, majoribus Musurmanni exitiis acuetur. Lydius ferri Poloni lapis, probabit auream per attritum, in luna fortitudinem. Devexus est mucrone Lechico, Lunæ circulus, Polonam certò coronabit virtutem.

Talibus accendebat monitis, frigidiorem in pectoribus Martem SERENISSIMUS. Ut autem grandius ab Exemplo Personæ, robur, dictis adderet, fulmen veluti ab accensis, legionum nubibus, provolavit in hostes, & ad prima triumphorum incendia, attonitum Orbem docuit, coronas etiam in prælia rotari posse. Nolebat quippè vacuum, JOANNIS portâsse nomen, ùt ad sceptrum, Exteros, sic domesticos ad prælium præcucurrit. Coronato, invitatus, vestigio miles, eò proniùs adoravit in Rege Ducem, quò decussis, Othomanicis capitibus: neq; enim aliud POTENTISSIMI REGIS plantas, pavimentum addecet, quàm fastuosis Turcarum verticibus stratum. Erecta est Mussurmanni ruinâ, ad meliorem, antiquâ felicitatem AUSTRIA. Nam quæ olim turres Stephani, ex acceptis cum Solimanno induciis, Turcicâ Lunâ coronaverat, eam, alto, dejectam, culmine, Victoriosis Polonorum equis,

[...]a Vien-[...] obsidio

cal·

calcandam jecit, ut faſtu ejus devexo, veluti ſoleis ungulas coronaret. Uberem triumphorum vindemiam ſub Autumnum colligebat, quæ tamen plurimum ex Polonis Heroibus, bibit ſanguinis. Inter ſapidos Liberi Patris utres, liberam guſtabat Gentem, & in ipſo triumphantis Bellonæ convivio, Sarmatico benè pota candore, didicit, quàm effuſo in ſuccurſum, Nobilitatis ſanguine, propinatum in doliis refuderit vinum, & pro nondum guſtatis, temulentiæ vitibus, ebriam, Religionis amore, profudit vitam. Tumebat gemebunda tellus quamvis ſub exigua Bellatorum ruina, quòd jaceret

- - - - - aggere magno;
Patritium, campis, commixtâ plebe cadaver. Lucanus.

Et nobilisſimo pudefactus cruore, murmurabat Danubius, quòd inter ſerviles Othomani exuvias, bajula libertatis corpora fluitaſſent. Rubuit non parumper Neptunus, quòd extra Balthidem, numeroſius oſtium in Poloniam non reſeràſſet, quo tàm cara dexteritatis ſpolia ad tumulum gratæ Patriæ, inter Nympharum Syrenumqve claſsica deportaſſet.

Sed enimverò, fruſtra lacrymarum profluvio adimpletur Danubius? Nullus illo, abreptus Poloniæ Heros eſt! Nullus Honor abſorptus! mæſtum caput in uno depoſuit Phæbus, lætum deprompſit in alio. Sereniorem ab interitu producturus lucem, cruentis, illam, præliorum nubibus incluſit. Nempè non tam acris Muſurmannico enſi, inducta acies, ut omnem SARMATICO Cælo abſcindere ſplendorem poſſet. Quam, interpoſitæ lunæ, vicisſitudo (ſi non hoc ipſo, minor, quòd ſolibus lucem adimat, ſemper ſui per ſubjectionem) eclipſim, noſtro induxit Zodiaco, eam, POTENTISSIMI JOANNIS manus, in reaccenſo, paribus titulis, Succeſſore vindicavit. Oculatus ſcilicet Argus, SERENISSIMI REGIS noſtri coronat ſceptrum, nam ubi dignos, præmiis, Bellatores advertit, ad eorum auguſtalia, dirigit indiga, magnorum Capitum diademata. Quanquam nec duci honor indiget, ubi viam inſternunt merita, poſtes reſerat, clavis gladii. *Amisſis roibus, ſu ſtes Hon*

Honorum ...erat Ap...m, Virtus ...ata.

Hæc virtutis Appia deducebat, ad AULAM TUAM, defunctos, Heroibus Viris titulos, SENATOR ILLUSTRISSIME. Coronata, triumphis dignitas, illa debuit subintrâsse adyta, quæ, martialium, amplitudini, tentoriorum, parem è vestigio soleæ, capacitatem viarum ostiiqve referarent. Quis verò, ille, ad Palatium LOSSINIANÆ GLORIÆ tam arcto processit calle? postquam supplex Pomerania, in principe quantumvis titulorum comitatu, minor, Tuis comparuit in penetralibus. Ne enim ad ingentium meritorum magnitudinem, impar, justo, hospes salutaretur, orbatis, MODRZEVIO, Aquilis, ingressûs sui, apparavit magnificentiam: Majora sagi obsequia, in togæ præmio, ad VLADISLAUM deferens, Antesignanum. Duorum vix hæc benè in sinu prehendebantur officia, LOSSIANAM, devoluta ad manum, omnem sûi amisêre magnitudinem: & jam suæ tenuitati induxerunt ruborem, quòd ampliatam meritis dexteram, exæquare non possent honorario. Augusta equidem porta, Magnatum addecet penetralia, in multorum tamen Adyta, tam arctus patet aditus, ut nec tenuis quandoq; honor, illuc possit penetrare. Et jam sæpè tardiores, titulorum adventus querimur, quòd celerium, neglectâ ambitione votorum, gratos, penetralibus incolas, in semetipsis non introducant: cùm tamen meritis, nec reducta prostant ostia, nec virtutibus, instratum iter est! ut tantorum remotione impedimentorum, suam potiùs in rectefactis arripiant celsitudinem, quàm rapiantur. Paternarum sæpenumerò Cerarum commonstramus vestigia, nec sententiam exploramus ex titulis: num libenter divertant iis ad Aulas ignavorum Nepotum? Scio equidem, rerum cursu edoctus, tenuissimâ quandoq; portulâ posse Gigantem affectum, tricubitales amicitiæ intrare gazas, pondus tamen æquale, non desumunt honores, ab affectu nimio. Majorem, ille sæpenumerò dignitatem, quàm sit ipsa Domus, consanguineo impellit motu, & cum solutis, aratro, bobus, ad præsepe, stationem designat;

Amplissima Lossiona Aula.

designat; jam assvetis, flagello, manibus, scipiones ingerit. jam attritam, humeris, lacernam, permutat in trabeas, jam amplissimam, honoris Regiam, intra vilem coarctat caulam, cogitq; magnum aspici, quem nec videre tenuem dignabatur Hesperus. Quodsi nec vestigium ostii, ad depressas, aliquorum gazas, fecêre merita, tectis, injectat titulos, Amor, & inhabiles, honoribus domus, ultrò congestis gravat non coronat. Ad, Tuæ, verò dignitatis Regiam, SENATOR ILLUSTRISSIME, ampliato, meritis, procedit Honor ostio. Quæ enim, in succursum Patriæ expedivit obsequia, totis, Bellonæ legionibus proruebant in hostem, multoqve magis à reditu post innumeras cædes, & insultus repressos, innumeris, januam diducebant triumphis. Redeuntium à victoria nuper Heroûm legio, turmatim Tuam, ingressa, Aulam, ut amissum ad VIENNAM Centurionem in VLADISLAO inveniret; daretq; clarum, Polono orbi, documentum, quàm ex DOMO ŁOSSINIA, numerosus in obsequiis exercitus provolet Patriæ in subsidium. Decuteret hunc, tarditatis pulverem, si ad fatorum turbinem vel semel inspersus esset, Ala Gentilitia, cui nec sagittæ vulnera inhæsissent, si Martis acies, pernicem in Cataphractorum humeris non vidisset. Pleriqve se, supra domus, aliorum efferunt, ut honorem non aliter, quàm bracteatum Tritonem, faventioribus Zephyris, sua inflectant ad atria. TUAM verò; non semel generosis, obductam, postibus, supplex invenit dignitas, nec pulsanti, ad valvas dedisti aurem, quamvis soleatæ, vestigiis gloriæ, deducta, eandem cum meritis viciniam incolere voluisset. Quia nihilominùs, nullibi commodior mansio, dignitatem excipit, quàm virtutum in frequentia, hinc non postibus tantùm inferre diem voluit, verùm etiam domesticum intra cælum, Palatinum accendere Solem. Consultò alii, minores gazas, Coronatis adjungunt Augustalibus, ut redeuntes post virorum fata, honores, primis invitent excubiis, vel, si renuant ad tam fætidum

Honor e[xtra] honorem.

ambitionis conclave divertere, cogant illos, obtentis remanere privilegiis. Odit hanc, titulorum libidinem, Generosus LOSSIORUM animus, & avitâ, ILLUSTRISSIMÆ GENTIS SOLEA, fortiùs calcat illorum fastum, qui meritorum testudinem, amant alite superari honore. Parietibus inducunt alii, petita ab alis vulturum, peristromata, ut exspirantem in aliis dignitatem, velociùs ad rapinam præsentiant: LOSSIORUM in Palatiis, affixa est sagittis, ala, ne ad vacuum, Heroë titulum, concurrat pernix. Pennas, illa ad cursum expedit, ut ad ferenda vulnera prævolet alios, suisqve cicatricibus, integritati publicæ medeatur.

Verùm ut regnare solus rogatus, sic modesta LOSSIORUM reluctatio, Palatinis meruit coronari laticlaviis. Non aliter se in eorum manus, Honor expedit, quàm ignavi ad bellum solent: eò enim fortiùs ab Aula repellitur, quò magìs arduo pulsatur ambitu. Inducta, Gentili Alæ sagitta, militare, exhibet pupillæ, testimonium; quòd non semel illatum, Dignitati, contemptum, glorioso certamine vindicaret, & cum soleâ coronari non posset, Alæ suam, affixit celsitudinem. Nolebat tamen diuturnâ custodiâ, Nobilibus Armis præferri honor; per erectam, soleatæ virtutis portam, ad Aulæ penetralia intromissus est, majusq; accepit à meritis, quàm attulit incrementum. Et jam se, credit fortunæ calcâsse Appiam, ubi eam, quæ VLADISLAI deducit ad Atria, inquilinus adorat viam. Quippè tantis, illa, meritis strata est, ut ab ejus amplitudine, nec ex voto Civium, nec ex pretio solii, declinâsse potuisset. Applaudit pennâ pro insignibus excubante, quòd amissum in DONHOFFIO Caput, intrâ circum, vestræ soleæ invenerit coronatum. Et verò pòst acceptum, in meridie PARKANENSI, occasum, quid non Orientem fortunam, DOMI VESTRÆ, speraret? ubi nullis, interruptam, ætatibus stationem, Virtus incolit. Amant nimirum hæc duo Numina, Aularum viciniam: ad honoris Augustal, aliud extra Templum virtutis,

tutis, non est ostium? Intrat ille securus, dignitatis, Atrium, qui illud vocalibus pulsat rectefactis. Ad hoc scilicet Propylæum gloriæ, tua TE, rotabat solea, nec arcebat impetum, expedita in cursum ala, nisi quòd sagittæ unco, retardabas ipse, volatum pennæ, ut in Templo virtutis, perennem stationem figeres, gloriosus, ambitionis triumphator: Et jam gratâ interceptus mansione, oblitus sanè Capacissimæ mentis tuæ fuisses, nisi meritorum injuriam, vindex dignitas, in ornato, laticlaviis animo castigâsset. Hinc TIBI, ascensum facilem, ad honoris Classem, reseravit modestia, ad cujus arduum, soleata, ingenium tuum promevebant obsequia. Nempè LOSSIORUM, soleæ (nam & hæc ab una eademqve incude, militaris gloriæ, originem cum Jastrzębiec accepit) terrarum submisit cacumina, Polonia Minor, dum ex monte Crucis, abacto hoste, Crucem illi in bellorum auspicia detulisset. Planè per ipsos mihi protunc Cælos incessisse videtur solea, quòd ibi hostem oppressisset, ubi via ad Cælum brevior, ubi nulla ex Olympo ad Olympum distantia: Quin & uberrimum ebulliisse fontem non ambigo, qui triumphali, excussus vestigio, dulciorem reproduxit Aganippidem, nec jam musas inermes, sed Polonam fortitudinem, præliaribus incendiis æstuantem refrigeravit. Vix enim cæperat copiosis scatere sudoribus, vix torrentes sanguinis, ab acceptis vulneribus, deducere, bibit protunc abundantiùs Musurmannus ignominiam, Polonus Civis gloriam, malorum Lethen, Exercitus Victor, terrarum fortunæqve ubertatem, Patria, tot exculta gladiis, tot cruentis imbribus irrigata.

Certissimum, ad honorem ostium.

Solearum præsidio, depulsus hostis ex monte Crucis.

Stetit ergo in rupibus sine casu solea, unde munitum galeis caput cespitavit in hostibus; & ne læsas, vulneribus plantas asperior coronaret petra, tam procul illas à lapsu posuit, quàm propiùs admovit Cælo, ut ab alto montium, toti clariùs paterent orbi. Viam olim vestigâsse colubri, super rupes, non potuit Salomon, ut in animis con-

Alluditur ad rupes, prædicti montis.

demna-

demnaret vafritiem,quæ, ſolidisſima meritorum veſtigia ſemper atterit ex præceptis invidiæ, ne ulla fraudium internoſcatur ſemita. Aliorum verò, tam exile eſt virtutis pondus, ut paternæ quantumvis glebæ, nulla rectefactorum ſoliditas imprimatur, cui, paſſu non disſimili, inſiſtat olim poſteritas. Veſtram PROCERES ILLUSTRISSIMI totus, benè virtutem, ex Solea veſtigat Orbis, quæ non in molli vitiorum cæno, ſed in arduis obſequiorum rupibus profundisſimè exaratur. Vix alios, crederemus vixiſſe, niſi fidem, oculi aut linguæ hominum mererentur. Et quamvis ipſas nubes, celſioribus æquabant titulis, in magna nihilominus dignitatum celſitudine, tam miſerè decreverunt, ut nec pulverem ſûi, in copia reliquiſſent, ex quo, tantæ magnitudinis veſtigia collegiſſemus. Ardebant equidem titulorum ſplendoribus, accenſæ Majorum ceræ, extra tamen longum pupillarum fulgorem: Ita enim valido, fatorum Spiritu extinctæ ſunt? ut nec fumum dediſſent, quo mærorem à pectoribus, lacrymas extorſiſſent ob oculis. Hanc ſcilicet oblivionem ſûi, metuiſſe debebat, nullam à ſoleis, ſoliditatem deducens honor, ſub quo Gigante toties gemebat virtus Pumilio, nec tam dignitatem ſuſtentabant merita, quam ineptam potiùs titulorum libidinem patiebatur dignitas. Ceris, alii, non rupibus, imprimunt meritorum imagines, ut citiùs ad majores trabearum exortus, liquefiant, ne primis etiam, virtutum lineamentis (ſi illa aliquando inducta ſunt) derelictis. Ille, ille! mihi, corrodendam, nullis tempeſtatibus, faciem dignitatis ſerenat, qui, eam, ſolidisſimis, rectefactorum inſculpit rupibus. A meritis accipiànt pondus tituli, & in altis pectoribus, ceu petrarum tabulis, indelebilem exarabunt amorem: Et ne unquam vitiorum dumetis herbeſcat Appia, excolenda, glorioſis paſſibus, poſthumorum demandetur imitationi.

Brevis ex longitudine titulorum, memoria.

Trabeatam, quisquis ſoleam (nam & hic color Senatorio adhæret ferro) LOSSINIÆ inſpiciet GENTIS, grandem

dem virtutis inferet, vel ex ipso nitore, operositatem. Soli, æmulis, effulget radiis, nam in via præliantis Patriæ, continuis sine damno atteritur passibus. Quamvis enim aliqui, valvis, sua appendunt arma, quò faciliùs recurrentium pupillarum solertia, geminatos in illis, ceu speculis honores videat; LOSSIORUM tamen soleam, Bellonæ expolit pavimentum; nec aliter ex Regum moderamine, Palatio Honoris appenditur, quàm meritorum in vicinia, ex quorum speculo, tantus refringitur in arma fulgor. Quin geminatum se toties Honor, gratulatus est Regno, cum in Crystallo LOSSINIANÆ SOLEÆ reciperetur. Dignum sanè adamantinos super postes, anathema refigi, cui, quoties marmoribus rupes asperabant plantam, toties ad honoris Augustal lævigabatur. Alta nimis, protunc dexteritatis exarabat elogia, cùm petrarum in ardua eluctando, hosti cladem gladio, marmoribus victoriam, incideret uncis. Benè hosticum detrivit robur, cujus fortitudini, nec saxorum durities obstitit: planè in limpidum dexteritatis speculum, operoso limabatur studio, & victoriis, excitati pulveres, sudoris cruorisq; imbribus tergebantur. Tardiores non ambigo numerari quorundam passus, ut celerior castigatio assequatur ignaviam; sed enimverò intra laudabilem, LOSSIANÆ SOLEÆ imitationem, cujus Honor vestigia numerat, ut insistat fortunatiùs; & jam sibi gloriosos formare videtur gressus, quòd suæ magnitudini, non dissimiles meritorum semitæ correspondeant. Hinc PALATINUM POMERANIÆ, cum orbatis, Centurione aquilis, VESTRAM introduxit in AULAM, ut Civiles erudiret animos; tantundem sine præliorum studio, dignitatem, quantum sine Duce, valere, in arena militem. Nempè & honor requirit pabulum; Extra Bellonæ manipulum, nihil, illi Sapidius. Totum robur amittit, si nullo pascitur, dexteritatis bellicæ obsonio. Igneam æmulatur naturam, quæ citò deperit, nisi fomentum ex rebus colligat. Profluens intra loricam imber, ùt in prælia accendit militem

Operositas Lossianæ Soleæ.

Pabulum honoris, manipulus Bellonæ.

litem, ſic auget honoris flammam, ſanè, opimum, ille, pabulum, intra TUAM invenit AULAM. SENATOR ILLUSTRISSIME. Ut enim, omnibus, Perſonam tuam circum; ferres ad guſtum, numeroſas, obſequiis, menſas PŁOCENSIS DAPIFER inſtraviſti. Ita ſcilicet demandatas, pro Comitiis, functiones, exactisſimâ condiebas ſolertiâ, ut totius Nobilitatis expleres famem, acueres ſimul, tui, ad novas Legationes, deſideria. Sed inter hæc, ſapidisſimæ dexteritatis tuæ, convivia, maximè arriſit guſtui, Bellonæ manipulus, ex Ukrainenſibus nuper & Chotimenſibus campis, Muſurmanico, rigatis tabo, victricibus VLADISLAI armis collectus. Habet equidem Honor dapes alibi, at in tanta meritorum ceu parvitate, ceu vilitate; ut ex rubore oculos, palatum ex nauſea, cogatur ultrò avertere. Quin & pupillam quandoq; dolor Honori eruit, quòd eorum menſæ asſideat, quorum, vacuas obſequiis Domus, nec ipſo licuit ſerenâſſe aſpectu. ŁOSSINIAM ſupplex petiit intromitti ad Aulam, ex qua, omnis in exilium proſcripta eſt, ignavorum malignitas. Et verò, ſi illud nonniſi, pupillam honeſti lædit, quod ruborem inducit vultui, fruſtra erat palpebram reducturus ab arce, intra cujus atrium, numeroſæ decertabant virtutes, quænam, radiis coronari denſioribus, quæ, ſceptri palmam, ex ſuffragio dignitatis deberet. Amat pulchros, meritorum colores ŁOSSIORUM PROPAGO, citra tamen eorum ſortem, qui ut lucem dignitatum colligant, coloratam plerumqve illis, virtutem objiciunt. Tam enim illa procul á virtutum fuco, quàm vicina maculis, ſolis Regia. Ut pictos, in Perſonis non vult circumferre Honorios, ſic fictorum repellit meritorum ſatellitia. Imo umbras etiam honor induit, quoties ŁOSSIANI COELI aſcendit Zodiacum, ut enim ſolem, radius, ſic ille comitatur merita. Vix ſarmatico illuxêre horologio, extunc aureas, fortunæ horas accenderunt; nec ita ſuis peramica Auguſtalibus, ut alienas etiam non deducantur per domus;

diſpel-

diſpellunt, cum horis umbras, ne pupillam offendant vitiis. Eruerit ſanè quispiam honori oculos, quòd indignas ſæpenumerò illuſtret domus,ad eorum verò neutiquam pertingat aulas, quorum merita palpare poſſet, ſi non velox ad præmia Amor, porrigeret manum: adhuc benè amiſſum reperiret ſerenum, intra ARCEM LOSSINIAM, ubi ſupplent merita, pupillæ vicem,& ſub umbras letales,cum ſole nunquam deturbantur. Ne tamen radiorum coronam, dignitati detraham, ultrò illi, ſerenam appingo cidarim, quæ ad Cryſtallum meritorum, refracta, auget ſuam magnitudinem. Vix illa ſe LOSSIORUM penetralibus ampliare cœperat, vix radiorum terebris, per obductas,generoſo contemptu, feneſtras, parabat aditum, vix importunus Hoſpes ſubintraret conclave, majorem ſubito accepit lucem, quàm intulit. Nam diſpoſitæ per armarium galeæ,loricæ per ſubſellia, per paxillos gladii, alterum propè ſolem, in Atriis accenderunt, & lævigati, ſupra cervices hoſtium acinaces, Bellonæ radii, coronabant ſolis Regiam. Rubuit non parumper trabea, quòd à cruento Bellonæ ſipario, clariorem accendi vidiſſet muricem. Unde non mirum eſt, PROCERES ILLUSTRISSIMI cur repulſus ab Aula Veſtra Honor, ubertim fleverit; Indignus enim toties, generosâ pupillâ judicatus eſt, quem inſpiciunt aliqui, vix non usq; ad amisſionem oculorum. Illos, precaria Aſtra ſaturent, quos ingens domi, eſuries titulorum vexat. Augere vos eligitis decora, non accipere, eò magis contenti luce propriâ, quò alienæ avari minùs. Quia verò fomento Honor indiget, facileq; abſumptis Majorum Ceris extinguitur, niſi novas apponat poſteritas; hinc numeroſis, eum, virtutum pabulis nutritis, actâ in ludibrium eorum arrogantiâ, qui cereum, quem unum habent, ſuper currum triumphalem devehunt, & cum inæqualibus accendunt titulis, extinguunt. Arſit Majeſtas Cerea, ſed quia una, unis abſumpta incendiis. Inopes annorum alii, ultra robur vir-

Armoru[m] nitor, accen[*]dit titulos.

Ex majorum Ceris, breve fomentum honoris.

tutis

tutis accendunt Solem, ut publicæ privatæq; fortunæ incendiis, Phàëtontem renovent ; violentis pupillam perſtringunt fulgoribus, ne præter, tumidæ mentis àërem illuſtratum, vacuam, meritis advertant domum. Grandibus VOS attemperatis virtutibus lucem, ut non minùs, illuſtrem, honoribus Aulam, quàm tantorum capacem ſiderum oſtendatis. Coguntur quidem tituli, tam anguſtæ quandoqve inſervire virtuti, ut ejus repoſitâ, intra unius retinæ anguſtias, tenuitate, vix habeant, quod ferant, nedum illuſtrent. LOSSIORUM in AULA habent grandia, quæ coronent objecta, habent auſa inſolita, ad quæ, ultrò ſtupeant. cùm non ſufficiant. Quin & radiis careret Honor, totidem, ſi, quamvis virtutem, ex ordine coronare ambiret. Parum eſt SENATOR ILLUSTRISSIME, Omnes, etiam, in circum, colligeret, titulorum ſplendores POLONIA, unum benè vix poſſet animum, ad decorem nominis ſerenare. Audet tamen Orbatus, Heroibus nuper, in PANNONIA proſtratis, TUAM feſtinare ad AULAM, poſtquam illi, ſoleata, AULÆ TUÆ Virtus, ampliſſimam reſeravit Appiam.

Scio Cosròëm, immenſam Cæli molem, artificioſo incluſiſſe Cryſtallo, quaſi Regiam dignitatem, non aliud deceret palatium, quàm Deorum. Palatino LOSSIORUM Honori, non primùm hodie, grandibus erectum meritis, Cælum eſt! Nec illi, ſua deeſt claritas, ubi ſolis officium, implet Solea. Et verò ſemper vicina eſt Soli, Virtus ſoleata? Ultro illi rotunditatem induxit artificium, quò velociùs per interceptum, avitis inſignibus Zodiacum volveretur. Nec radiis orbatus eſt orbis ſoleæ? pulchram, illi appendunt comam, illuſtres tituli, & prorumpentes ex limpido, virtutis fonte, rivuli, decoro ſinu circumdant caput. Vix enim, primum ſui exortum, ex alto, ſanguinis Erythræo extulit, Muſurmannicam ſubitò incendit Lunam, ut extingueret ; & depulſis, extra Thulen noctibus, diem, prominentibus gladiorum radiis,

Vicina, ſoli Virtus ſoleata.

Sarmati-

Sarmatico accendit cælo. Hinc Martem inter & Lunam, medius, ŁOSSINIUM Solem intercipit motus, non ambiguum, Polono Orbi documentum, tam vicinam esse, SOLEATAM DOMUM, Lunæ Turcicæ, quàm bellorum motibus: præsto habet ad manus, prælia, quæ tumorem Cynthiæ, à fortunæ plenilunio coërceant. Imo celsiorem, Marti concessit domum, ut in amicas, Lunæ nocturnas erumperet, per sua Atria. Quia verò non ita in Martis Domo, præliaribus assvescit classicis, ne svaves etiam addiscat motus, hinc disertæ, Mercurii Regiæ, affinem fecit Domum Soleæ, Oris gratiâ. Quorum enim ore, Regia perorabat Majestas, aut ŁOSSIA, processerunt ab AULA, aut ejus viciniam, torrente Sanguinis inundârunt. Vix directus ex throno radius, reserabat facundiam, & subitò ad clavem auream, aurum promebant Memnones; ne autem solo, peroraret lingua silentio, sæpe Regio coronabatur annulo, ut, quæ antè periodicos volvebat ambitus, abhinc etiam rotaret aureos. Postquam penicillum Apelli, Lysippo Cælum accepit Macedo, VOBIS linguam accepisse voluit, ut, quæ Regiam pro decoro, mentem proloquitur, solis Regibus in occluso rotulo asservetur. Gentilitia, DOMUS VESTRÆ penna, benè humeris Mercurii quadrat. Rariora, numeravit Polonus Civis, Comitia, ad quæ, cum vestris nuntiis, non provolaret. Acuebat sagittâ calamos, ut armata Reipublicæ exararet consilia. Assvetam, ferro, dexteram caducæo gravabat, ex cujus moderante ictu, in plausum vestræ prudentiæ, ibant Nobilium vota.

Affinis c[...] Regiæ M[...] curii.

Posita in excubiis SOLEÆ VESTRÆ penna, vivæ mihi transcripsit memoriæ, ILLUSTRISSIMUM JOANNEM ŁOS, CAPITANEUM SAMOGITIÆ, magnum, ex ipso nomine, Civem Patriæ, parem Maximis, ex subsellio Senatorem. Sudat ille depictus in marmore, & permista legibus protocolla, post fata etiam, Senatorio insternit capiti: quasi extrà librorum cervicalia, nullibi esset Heroibus viris,

Illustr[...] mus Joan[...] Łos, Cap[...] neus Sa[...] gitiæ.

somnus dulcior, pro quorum immunitate, caput etiam posuisse paratos, Mausolea testantur. Unam, illi, manum, ducalis inarmat clava, alteram sublimat scipio, depictas, illa super vexillis, cohortes, in aciem expedit, hic, longo, trabeatæ legionis, tractui, anteambulo, ducit agmen ad prælia rationum. Celsum est utriusq; manûs officium! Sed non minùs gloriæ, ponderosa Majestas. Ita enim Senatoribus, ad votorum Concordiam, ita Regibus ad Thronum reverentiæ, ita Nuntiis ad Consiliorum efficaciam, scipionum clavarumqve claves, pandunt ostium, ut simul LOSSIANO NOMINI præeant, præludantqve.

Ad eandem deliberantis Mercurii, domum, Chelmensibus deducitur aquilis, ILLUSTRISSIMUS, PALATINI GENITOR, Aquilino, Vir dignus calamo, quòd Polonum alitem, eò, suâ efferret pennâ, quo Regum optima collimabant desideria, vix ille docta explicabat oracula, centurias semper nuntiorum transferebat in mentem. Sub signis Chelmensibus, ubiq; ille insignis, Maximus tamen in Signo Diserti Numinis. Saturniam, se, protunc ætatem vixisse autumabat Prussia, cùm è Domo LOSSIORUM haberet Vexilliferum, aureos, quantumvis in Bellonæ conto, manipulos deportantem. Frustra illum, sepulchrali cinere inspergit Mortalitas? excubat supra soleam penna, quæ obliviosos decutiat pulveres; & proscriptâ è Domo mortis, quiete, meliorem in cælesti Ursa stationem assignet. Scilicet nec sua Arctos deserit Regalem Prussiam; accendit suum, vel in umbris Parentalibus Vexilliferum. Niveus, URSÆ CHELMENSIS color, candorem LOSSIORUM explicabat in aquilis, & ad magna honorum insignia Candidatos ferebat. Virebat ejus fortunæ robur, inter arbores, cui vigorem dabant inspersæ, tabo hostili, manus. Ferebatur appensum hastæ, ferox animal, quòd non semel in hoste Cataphractus antè confodit LOSSIUS; Ventorum, agitatus SUSURRIS, murmurabat in Labaro Ursus, simulqve suo vexillifero occinebat

Illustrissi[mu]s, Palatini Genitor.

pæana,

pæana, nisi, quod ita semper in hostem vibrabat telum; ut nec ad murmura haberet spiritum, quo victorem animum conquereretur. Arietibus, muros & impetus diruerunt alii, ŁOSSINII, Ursis etiam quatiebant; nam & hastarum spiculis adaptabantur, ut, mænia diruerent onusti ferro, cùm auro posset asellus Macedonicus. Chelmensium viror arborum, vestræ debuit destinari DABROVÆ, quæ in pulchra, Lechici Regni insignia, in disertissima, vocalium animorum Oracula, extra Dodonæi Jovis nemora succrescebat. Ex ejus nimirum omni ligno non Martis duntaxat tela, verùm ipsa terrarum Numina potuerunt formari.

Credebat olim Jovem, religiosa Pietatis augustalia, incoluisse pervetusta superstitio, quòd tàm amplæ virtutis celsitudinem, nemo sanctiùs obtinuisse poterat, quàm Deorum summus. Verùm fracta hæc, Gigantum adhuc assultibus, fabularum commenta! intra tamen veritatem soleæ. Quis non enim affinem Jovi, magnis scilicet pietate & zelo Numinibus Aulam vestram asseret! cui, ipsis cum Cælitibus maxima vicinia est. Unum Vobis SENATOR ILLUSTRISSIME cum B. STANISLAO KOSTKA, stemma est, Una generis celsitudo! in Cælis, ille Protectorem exhibet, Vos in terris, Poloniæ Conservatores in Vobis agitis. Gloriosa nimirum sunt, soleæ Vestræ vestigia; postquam omnem meritorum viam, fortunato semper calcârunt passu, etiam hanc presſêre Appiam, quæ ad Cælos deducit, ne sine Beatorum consortio perennaretis. Habetis domi obsidem JOVEM OLYMPICUM, qui suam vestramq; soleam in pulcherrimos rotabit Lechici Regni usus. Quodsi

Kostkarum & Łossiorum idem stemma.

- - - - *Jovis incipiam causas aperire Feretri.*

Primus dabit syllabum, ILLUSTRISSIMUS NICOLAUS ŁOS PALATINUS PODLACHIÆ, qui ereptas, profligato schismati, manubias, ad Capitolium Quirinalis gloriæ, triumphator detulit. Mutilatæ, schismaticorum hydræ,

Illustrissimus Nicolaus Łos, Palatinus Podlachiæ.

E Roma-

Romanum, in gladio aptabat caput, & inductam, mucroni hebetudinem, Romulea petrâ depellebat. Rudes ille non semel boves, fertilem scilicet acephalorum protervіam svavi junxit aratro, ut Romanæ sedem fidei, sanctior Romulus conderet in Podlachia, bonis avibus. Contra blasphemos Crucifixi, Princeps illi victoria obtigit, ut, qui Gentilitiis toties ttiumphabat in Crucibus, in ipso tandem Victor evaderet crucifixo. Ne inductam meritis purpuram adoraret cum aliis, Patientis DEI trabeam in mentem transtulit, ne plus Aulæ, decoris daret, quàm animo. Otiari Domi suæ nolebat cruces, postquam audacem linguam compresserunt solea, seipsas tandem hosti minarentur. Dignum sanè Olympo ausum! humani generis Redemptorem, vindicibus armis redemisse, & distorta in pugnam ora, zelante pugno obturâsse. Cælo ipsi, non ambigo insculpebat tàm præclarum facinus, cælum Immortalitatis, & pro magnis Pientissimi Zeli impensis, pretium seculi reponebat. Inducebatur cedente ultrò marmore, DEus supra Cruces gentilitias, ut in stemma excusus, majus AULÆ ŁOSSINIÆ, Religionis pondus imprimeret. Verùm frustra erat solearum ferro, PATIENTIS DEI, inducendum insigne? Præsuleo, pridem est efformatum in auro, totiesq; sacrum mordebat pallium, quoties è collo, pendulum, Catholicæ pietatis ardorem, Patriæq; amorem obsignabat in pectore. Vix è Sacro latice ebulliit Magni nomen Præsulis, profuditq; STANISLAUM ŁOS EPISCOPUM SAMOGITIÆ, extunc infulis, coronatum assumpsit animum, quò faciliùs, discerptam, Schismatibus, Diæcesim, ad unum caput reduxisset. Asperum magis vellus, quàm aureum induxit humeris, ut vel hoc ariete pulsarentur præcordia, quantus, ovium in officio, vigil esse deberet Pastor. Insomne reddebat caput, cornutus apex infulæ, fortiusqve mollis hic, lanæ stimulus excitabat ad ausa animum, quàm olim Themistoclem, ferrea Milciadis trophæa. Ex virtutum præscripto,

Illustrissimus ac Reverendissimus Stanislaus Łos Episcopus Samogitiæ.

ſcripto, ita ſanctioribus vitæ ſtudiis impendebat, ut, quod pudorem inferret purpuræ; nihil præter purpuram ſupereſſet. Rubuit illa non parumper ſuper humeros, quod ingentia Antiſtitis merita, tam anguſtis titulorum coloribus depinxiſſet. Et verò aliquoties magnanimo repudiata Spiritu, muricem cogebatur in vultu retuliſſe ab Aula, donec Regum ſtudia, pro ornandis, STANISLAO, Curulibus concluſiſſent. Scilicet nullum, ille volebat induxiſſe colorem virtutibus, quòd ex ſuo candore; ſereniùs fulgeant, quàm ſuper illas, accenſus murex, Illuſtres tituli, nunquam ſine umbrarum, confinio ardent. Augent, ſeipſis, lucem, ut in fumi ſatellitio extinguatur citiùs: Nec ita diem accendit ſidus, ut pediſſequam non attrahat noctem. Nihil tamen, dignitatum Nubibus, Antiſtes debet, qui ad primos, titulorum exortus. Illuſtrisſimus apparuiſſet, ſi tumori magis, quàm modeſtiæ conſuluiſſet.

HEREDI, Polonæ Gloriæ STANISLAO, Regium ſuccedit nomen LUDOVICI ALEXANDRI ŁOS, ABBATIS POLPLINENSIS, Cui, parum fuerat, Macedonico inſigniri vocamine: affudit Ludovicum etiam cunis ejus, Sequana, ne ex ſacris laticibus prodiret aliter, quàm ad Coronas, infulasq; Candidatus. Poſtquam in faſciis exæquaret immenſas Alexandri victorias, plenis manibus caperet Galliarum lilia: floridis tantisper asſveſcerent ferculis, donec florum poſt præludia, BERNARDUS pedum porrigeret. Adſtabat Sacro fonti, patrina Hoſpitalitas, & veluti infuſorum, Spiritûs Sancti donorum, particeps, felicisſima depromebat auguria. Regum TIBI Majeſtas in nomen ceſſerat, coronatum ſcilicet Polono Orbi teſtimonium, quàm ad uſus ſolii procesſeris Infans, & ſolutis Adæ vinculis, intricata expedire negotia, ipſo vagitu promiſeris ad plauſum Tuo nomini. Nec ſpem excepit eventus ludibrio. Vix enim Supplevit ætatem maturitas morum extunc intermiſtæ, Commisſionibus Legationes, contentioſis, Tuam mentem requirebant deſideriis, quaſi non ad Regum

Perilluſtr. Reverendi[ſ]ſimus Lu[do]vicus A[le]xander Ł[os] Abbas P[ol]plinenſis.

 glo-

gloriam, absolvendæ, si dexterrimâ ALEXANDRI manu arcerentur: nam & manuum dignitas, pondus addit negotiis. PUCENSIS COMMISSIO adhuc hodie suos triumphos continuat, quòd ad votum SERENISSIMI, ad amorem populi, ad plausus LUDOVICI, ad ipsius deniq; æquitatem negotii, peracta sit; ut jam planè meliorem Commissarium, nec invenisse Aula potuerit, nec optâsse. Distinebatur protunc Pomeranis Apollo lyris, & absoluto, prudentissimæ functionis tuæ, numero, doctioribus applausit pedibus. Magni mensuram Nominis, Smithiano tantisper implevit metro, donec vastissimæ capacitatis verticem, altiores infulæ metirentur: nisi quòd ad tantam dignitatis amplitudinem, ita profectum virtutibus Caput geras, ut nec Mitræ decorem habeant, quem ex sua apponant celsitudine. Planè ad fortunæ sphæram, concreditum, animo, agitabas negotium; ita enim ad Aulæ desideria, exactissimo rotabatur moderamine, ut nec diuturnis usibus, probatæ superesset prudentiæ ingenium, ex quo, similem gloriosiùs functionem obiret. Admovebas dexteritatem operi, & concita, ad rumorem magni nominis, nobilitas, plausum TIBI canebat, quòd in ipso Commissionis exordio, felicissimum, ex ipsa acceptione præsentiret epilogum. Nec infra votorum omina. Adhuc enim felicibus, instratâ, successibus, viâ, ad eventum rotabatur negotium, & jam LUDOVICI cum elogio, Serenissima pulsabat Atria. Præsentabat activum Caput, in pupillæ solatium, & rarioribus, cumulatum, gratiis intra pectus Regium recondebat. Pro magnis, meritorum impensis, parem, omnibus titulis, habilitatem deduxisti in præmia, & nisi alienis verticibus distinerentur infulæ, certò dignam, Pontificiâ Majestate virtutem coronarent. Quanquam protunc etiam coronatum revexisti laborem, postquam expeditæ ad normam gloriæ, functioni, novus iterum labor in gratias cessit. Nempè maximum est, ILLUSTRISSIMÆ PROSAPIÆ VESTRÆ honorarium, quòd muniorum

[P]ucensis, à [D]omino Com[mis]sarius.

Encomia[sti]ejus, Poë[ta] Smithius.

Pro labo[ri]bus in præ[mi]a, labores [ac]cipit.

rum magnitudini ubiqve supparem circumferat dexteritatem. Non angustum requirit animum, Majestas Augustissima. Cui suam dignitatem concredit, solertiæ comprobat amplitudinem. Ex minorum, ille, Astrorum syllabo, quem exiguus, solis coronat radius : at verò, in quem, sui vultus dignitatem transfert, dignam Regum sereno enutrit mentem.

Unus TU, ANTISTES REVERENDISSIME, ex tot Oratoribus occurristi Cyneas, qui, Poloni Personam Pyrrhi, ex virtutis celsitudine Legatus induceres. Primam, TIBI, functionis aciem, Generalia Prussiæ referârunt Comitia, quia in alto Genere, nulla virtutum brevia sustinebas. Vastissimum LUDOVICI animum, ternis, initiò, Palatinatibus excepit functio: neqve enim poterat digniorem in Regno gravitatem habuisse Nobilitas, in qua, Regiam, Majestatem, præter Tuam gloriosiùs adoraret. Nempè magnis olim in Patrum Curia, titulis, maxima responderunt initia. Benè poterit Senatorem agere, qui intra gloriam, Regum Personas sustinet. Ex Generali, Comitiorum suffragio ad totius Poloniæ Universitatem, gradum TUA promovebit LEGATIO, ut, qui Regum desideria, felicissimis coronas succesſibus, Regnorum etiam integritatem, dexterrimâ actione stabilias. Et jam pridem TIBI magnorum prodroma titulorum obsequia, Pontificium detulissent ad manus, pedum, si illo magis, quàm meritis DOMUM TUAM fulcire voluisses. Oderas nempè, eorum indolem, qui præcoci molimine, ad honorum fastigia eluctantur, & inter inopinos, fortunæ plausus, nimis citò evanescunt. Sensim alii nolunt crescere, ut affectato honori, velociùs sine sensu decrescant. Et jam Solem induunt, supra ætatis merita cum Phaëtonte, ut accenso fortunæ Cælo, avidum splendoris nomen extinguant, & in ipso titulorum incendio, umbras inveniant ignominiæ. Immaturam eminendi cupiditatem, ultricibus sæpè castigant flammis, cùm renitente æta-

Iterum ad maxim Prussiæ Co mitia, Re gius à thron Legatus.

Odit præc ces titulos.

tis curſu, ſiccitatem meritorum, accendunt titulis, jaciuntq; Patrium in flammas Orbem, ſuum in fumos Nomen. Quadrupedantem alium exercet tellus in Bulla Cataphractum, et jam per immenſum gloriæ Oceanum, cum Icaro volitat: Patriis format ſibi ex ceris alas, eluctatur ad ſolem ſolii audaci niſu, interim cerea ambitio in caſum flectitur, procidit ex tumeſcente àëre immaturitas, & vel ſuo in pudore mergitur, vel in profuſis amicorum lacrymis. Altas arbores in pleriſq; creſcere videas; quæ vel ideò nubibus, proceritatem inferunt, ut plus nucum inanium progenerent: Undiq; titulorum frondes ampliant, ut prætereuntium caſtigentur flagellis. Robuſtiora in mille uſus robora, lento paſſu ſuccreſcunt, & decerpta ſub Autumnum bellaria, ſapidiorem, guſtui maturitatem apponunt. Temulentiorem lupulum, alii, aut ruſticanas in cucurbitis æmulantur delicias, induunt ſepibus, foliorum periſtromata, ut non Patriæ, bellorum incendiis æſtuanti, refrigerium, ſed præ nimio titulorum ambitu, ferveſcenti animo, extollant topiarium. TIBI, verò ABBA REVERENDISSIME, ad lancem meritorum, ponderanti honorem, ille velocior ad Curules, paſſus videtur, qui in Continuo ŁOSSIANÆ GLORIÆ, multas numerat morulas, antequam admittatur. Indoles eorum infortunio, qui in ipſo ambitionis curſu, ſolam ducunt, in præmia laſſitudinem. Hinc ILLUSTRISSIMÆ AULÆ TUÆ fortunam, teſtudinum provehis jugalibus, & ne provolet ex armis Ala, celeritatem affixiſti tarditati. Sed fruſtra TUAM ad titulos cunctationem, rationibus coerces modeſtiæ? Solidiora eriget virtuti, trophæa dignitas, cum qua tantis verecundiæ paſſibus præliaris. Hinc expedita in laudem penna, vel inde TUAM probitatem ſublimat, quòd ad ignem glorioſi pudoris toties exuſta ſit, ne TECUM ſuper ardua titulorum evolaret. Noveras TU, è modeſtiæ magiſterio, famæ etiam ŁOSSIANI NOMINIS depectere pennam, ut graviori

ad

ad honorem passu, ignavorum veluti gressuum è numero procederet. Illud maximum, probæ laudis argumentum ducebas, si nec ab Alto fortunæ despiceres minores clivos, nec aliter agitari pectus sineres, quàm ad docti, moderamen arbitrii. Procul TE, ab eorum syllabo, nobilissimum removit Genus, qui, fortunæ altitudinem, laboriosis cum Sisypho, conatibus appetunt, nec ad casum, dolendi advertunt conaminis, quàm ad ima infortunii, recidendum animo, cui gradum insternunt demerita, & inhabilem, gerendæ dignitati verticem, sola promovet ad cacumina titulorum, improbitas. Capacem lucis quantumvis animum, frustra admovent solis solio, qui nec latum per obsequia moverunt pedem, Astra veluti immobilia. Intra arctum pupillæ angulum coguntur claudi, qui ultra corporis magnitudinem, domesticis enutritam cupediis, solam â foco lucem merentur transferre in animos. In umbris nolunt alii, sepelire nomen cum Herostrato, hinc templorum per dispendia, Sacris, illud, Dianæ accendunt Ceris, jamq; ominosos Cometas circumferunt, ut injecto, Spectatori terrore, citò tristem ad occasum ardeant, nunquam hilariùs exorituri. Pridem TU PRÆSES RELIGIOSISSIME, radiantem in Sarmatico Cœlo, Virtutem TUAM, amicissimæ terris Lunæ, calcatâ, Armis tuis ejus inconstantiâ, adæquâsti, ut â primo, INDOLIS TUÆ exortu, per Aulæ Orbisq; partes cresceres, donec ad honorum venires plenilunium. Et quamvis merita ferebas in auge, ne tamen simul omnia, fortunæ lucem viderent, vibratos ultrò titulorum radios, ad suasum modestiæ removebas. Sed frustra imponis frena Piròentis Eòiq; Jugalibus? In amplo meritorum curru, devehent ad AULÆ TUÆ Capitolium, Honoris solem. Frustra fortunæ orbitam, ab alto culmine throni, properantem, cunctabunda còercet virtus? reseratis in obsequio, postibus TUAM supplex devolvetur ad ARCEM. Et jam pridem apud MAGNUM JOANNEM ALEXANDER cre- *Glori[a] honorum contempto[r]*

F 2 visset,

vissét, si dignos homines vestiganti honori, tuâ meritâ non subtraxisset modestia: in laboribus mori pro Patria non honorari præeligens. Religiosas incurristi ultrò ex astu Pietatis umbras, ne ad accensam in pectore torquem, in manu Crucem, Mitras in capite, luceres orbi, sed frustra es? ABBA REVERENDISSIME: Omnia evanescent desideria in lucrum animæ ponderosius; Ex illustribus CLARÆ VALLIS specubus, ad sereniores dignitatum prodibis clivos, Et jam dictis subscripsit veritas. Vix enim nuper Legatus à throno pro Comitiis, Principem oris tui facundiam reserâsti, Tuorum subitò elogiorum materiem secundam á laudato solio, Nobilitati dedisti. Ad honoris ascensum, plures Tibi calculos, libertas Nuntiorum collegit, quàm Tu syllabas in Regia detulisti epistola, Communibus undiq; certabatur suffragiis, ut postquam Regiam pro comitiis attuleris, pro Tûi etiam ad infulas evectione, nobilium acciperes instructionem. Nec sibilis Aquilonum credentur voces tanti ponderis, ubi magnorum copia meritorum, justum in JOANNE SERENISSIMO ponderatorem reperit.

Religiosis ...ibris ma... accen... ntur titu...

Coronatam Regali functione Prudentiam, ad Præsuleam transtulisti Provinciam ABBA REVERENDISSIME, priusqve Antistitem gessisti ex officio, quam ex titulis. Tempestivo Pontificatus exercitio, purpuræ aptabas humeros & obsequiis implebas Infulam, donec efferres capitis celsitudine. VLADISLAVIENSIS MITRÆ DELEGATUM, maritimo excepit sinu POMERANIA, & commotos ab heterodoxa Balthide in navem Petri, fluctus subitò ad severiorem, vultûs tui majestatem composuit. Profanato Religionis templo, à tuis primùm oculis, tum deinde reducto Deo, ab exilio ignominiæ, serenitatem reaccendisti. Uberrimè plorabat Cœli oculus, cùm dejectis spectaret tectis, nulla unquam Balthide eluendam, Divinæ Domus solitudinem? & ne longioribus lacrymarum fluentis, pupillam offunderet, Abbatialem tantisper

Profana... m ab hete... doxa collu... ie, Tem... lum recon... liat.

Mitram,

mitram, deturbati in locum tecti concesſiſti Eccleſiæ, eò minaciorem Tritoni hæretico, quò ſacratiora ejus cornua, tridenti oppoſueris. Expalluit, ſtupente inſanientium populorum colluvie, Dantiſcana pravitas, cum in Monte Carmelo, totus ab ardenti Zelo igneſceres, Patriarcham æmulatus Eliam: & intra Daniam Angliamq; vel ipſius Phari ignibus, eliminatâ perfidiâ, extinctam in Catholicis Religionem, ardore tui pectoris reaccenderes. Patriis aſſuetus crucibus, Patientem etiam Deum, affectabas tuliſſe, niſi heroicis auſibus, caſtigata rebellio, pænam ſibi in illis, triumphum, LUDOVICO erexiſſet. Ad tam arduam functionem pro DEO, timuiſſe poterant non parumper alii, ne per ſuæ ſubtractionem vitæ, Martyrum multiplicaretur numerus: TU verò PRÆSUL EMERITISSIME è totis viſcerum penetralibus æſtuabas, ut pro vindiciis, conculcatæ in Sacra ſynaxi DEITATIS, pro ultricibus flammis, devaſtatæ ad opprobrium Catholicæ fidei, eccleſiæ, zelantem animum vel nondum benè extincto, malevolentiæ rogo imponeret Pruſſia, vel alterum in LUDOVICO ADALBERTUM, purpuratum ab effuſo ſanguine, martyrem transmitteret cælo. Contumeliis ad nauſeam usq; ſaturam Religionem, evocâſti ad CÆNAM DOMINI, ut illius prandii, quod, inſipidus Acatholicorum furor condiverat, ad magni Alexandri menſam obliviſceretur. Nefaſtus an nefandus dies? ex iterata DEI MAXIMI, in Catholicis clade, faſtus tibi ſurrexit. Ubi enim compreſſos hæreticæ pravitatis faſtus, ſepulchro ignominiæ, zelantibus minis intuliſti ad triumphalem cum Chriſto vitam, reductus eſt Catholicorum ſpiritus. Poſt ferales elegos, lætum omnibus ceciniſti pæana, & ſub pompam prodeuntis è monumento, VICTORIS DEI, non caſum ampliùs ſed aſcenſum, reductæ ad vitam fidei, pollicebaris.

Reducta ex vallibus ignominiæ ad elatum, ſanctitate Carmelum, Religione Romanâ, ad Virginea feſtinâſti

montana, ut poſt flammam Eliæ, ad ignes etiam Veſtales, illuſtrior extitiſſet LUDOVICI Prudentia. Ardebat VIRTUS TUA equidem non ad Perilluſtres duntaxat Infularum cereos; ſed ad pæne innumeras majorum ceras. DIVÆ Tibi nihilominus BRIGITTÆ commiſſum cælum eſt, ut vel TUÆ probitatis ſerenitas, ad alienos etiam probaretur fulgores; vel, ſi quod Aſtrum, minùs lucis haberet, TE Intelligentiâ virtutis ſoli admoveretur. Diuturnâ eruditus prudentiâ ſciebas quandoqve ſidera, paternis maternisq; ceris intra arrogantiæ ardere cælos, & pro mentis ſereno, plus fumi nutrire Deo: hinc fatuos, extincturus cometas (niſi illos ad Cymmerias damnâſſet umbras, tenacisſima ſemper inſtituti probitas) ex POLPLINENSIS BERNARDI VALLE, feſtinus ades, ex qua meliùs quid ex ſe posſint lumina ad ipſum noſcuntur ſolem. Ex virtutis ordine, induſtrius VISITATOR verſabas Ordinem, & quia nullibi extra Religionis orbitam proceſſerat, ideo ex tuæ circo ſoleæ, ad ſanctiorem non egebat reduci ſphæram. Ne pudori virgineo ſuum deeſſet ſertum, pulchrè crinibus, TE COMMISSARIO, quadrabat ſolea. Neqve enim ita chalybem, equorum inſternit ungulis, ut in aurum, refuſa coronare non posſit virtutum capita. Datis omnibus in orbem gloriæ, ad Polplinenſes iterum volvebatur uſus, & quæ nimis celeri rotatione, deſerebat pectora, ad ſimilium deſideria Viſitatorum incitavit.

Commiſſarius Monialium Viſitator.

Porrecti, olympo muri Polplinenſes, tantum ſibi alterum, accreviſſe videbantur altitudinis, cùm celſisſimo LUDOVICI Genere, erectæ ſint. MESTVIENSES TIARÆ, ultrò ſortem mutandam expoſcebant cum infulis, ut meritisſimo Abbatis capite, adimplerentur. Ruit pedum in amplexus manuum, & Cruces ſoleæ, Archipræſuleis præluſerunt Crucibus. Riſerunt præ gaudio in baſilicis deaurata altaria, quòd Gentilitiâ LUDOVICI pennâ, ad nitorem redderentur & elegantiam. Poſtquam ſcilicet alterius fortè ſeculi decusſit pulveres,

Alluditur ad Meſtvienſium Principum fundationem.

aurum

aurum etiam fudiſſe cœpit, ut depictam in ſacro appa-
ratu gloriam, vocaliſſimus non ingratæ memoriæ cho-
rus occineret. Niveus, Religioſæ veſtis color bene
Łossium contexit animum, in quo, ſuæ perennitatis Au-
guſtal, avitus Polonorum candor fabricavit: nec eum ali-
ter Sarmatico propoſuit orbi, quam ex hujus argento
velleris, Candidatum ad majores infulas. Nec plenus
ſpei ambigo, quin aſtra votis ſubſcribent, fortuna annuet.
Nam qui toties Præſulum adimples officia, quid non im-
pleas eorundem titulos? Principum Mestviniorum
purpura, Senatoriis præludit trabeis: & auroram ac-
cendit muricis, ut quamprimum ante Valles Bernar-
di, ante valvas Ludovici, Pontificiæ dignitatis Titan ex-
oriatur. Excubat penna ſuper ſoleam, quæ Alexandri
merita, ut Mestvinio porrexit Gryphi, ita hujus ex con-
ſortio, deferet ſuper Regni Aquilas.

Ita nimirum Illustrissimam Łossiorum Propagi-
nem, ſupremo per infulas Numini in ſole ſoleæ, proxima-
tam adorat Orbis: at nec Martis Domui, abſtracta eſt! O-
derint Aſtra quamvis alia, conjunctionem cum Marte,
in Domo Łossinia perpetuum agit incolam. Ut olim *Incolit Domum Martiam, Virtute soleata.*
Amazonibus, ne deeſſet bellandi auctoritas in ſucceſſibus,
fortiùs uſurpatum à Marte Genus, quàm ſagittas in ho-
ſtem jactitabant, ſic dexterrimæ Łossiorum propagini,
extra Domum Martiam non alia proles naſcitur. Pa-
rum habent Proceres Illustrissimi, ſi ſolum enſem
rotet in hoſtem manus: omnibus, illum conficit è Vul-
cani officina, prodeuntibus ferramentis. Levioribus aſ-
ſvefacta, gladiis, à malleo etiam accepit pondus, quod in
hoſtium conterendam detorſit fortitudinem. Tanti ni-
mirum erat roboris, manus Nobilissimi ad Krzywono- *Varſavicius in ſua hiſtoria.*
gam Mazowii, nam quem, totus ex ordine miles, nec
moviſſe poterat, illa, quò altiùs extulit, eò preſſiùs ſeptu-
aginta hoſtium contrivit capita. Totus protunc exer-
citus hoſtilis prælіandi vincendiq; projecit animum, cùm

occumberet dejectus in malleo: nec ŁOSSIANA progenitus in domo. Heros ſtetit firmiùs, quàm ejus caſibus Fruſtra cœperat nutâſſe Territorium, quàmvis grandibus tormentorum machinis, ad ruinas concuſſum: nec cadere, nec ceſpitare poterat, ad Krzywonogam Sarmatia, cui in fulcrum ceſſit Łoſinii columna mallei: extunc HEROES POTENTISSIMI, ad celſum, militaris gloriæ Capitolium, recto tramite proceſſiſtis, ubi tantum ditionis in præmia meritorum accepiſtis, quantum ſpatii ad Krzyvonogam, victorioſo circuitu decurriſtis. Vitioſus, credo, hoſti fuerat ille circulus, at VESTRÆ GLORIÆ, ſtipendiarius! Acto enim hoſte in vertiginem, pulchrè ductis in coronam poſſeſſionibus, ſarmaticam coronâſtis victoriam.

Graves, [...]ſtibus & in [ma]lleo gla[...] Łoſſinii.

Poſtquàm effinxit ſoleam, ad exaranda ſuper calvarias hoſtium, dexteritatis veſtræ elogia proceſſit malleus, niſi quòd Epitaphium ignominiæ, maluiſſet pallori oſſium incidiſſe ſtylo ferreo. Finxerit ſanè fabuloſa antiquitas, ad fortem Vulcani ictum, Palladem è Jovis cerebro prodiiſſe; Polonus è DOMO ŁOSSINIA, Heros, pulcherrimam ex capitibus hoſtium, victoriam, militari produxit malleo, ut jam planè fortunæ, alii, etiam ille triumphorum faber fuerit. Velocia ad eripiendam laurum, capita, malleo ad interitum coronare decuit. Si defuiſſent Lechiæ in promptu gladii, ex hoſtium galeis, loricisq; cudiſſe illos potuit, poſtquàm fortiora, caſſidibus capita, in pulverem concuſſerit, in ſudorem contuderit. Fruſtra hoſtis tumidus, munitam galeis frontem opponebat pro muris, præſto erat vibrandus in malleo aries, qui tàm fragile, induratorum quantumvis bello capitum, dirueret propugnaculum. Senſit victoriis, aſſveta manus; doluerunt Capita! quàm unius Poloni dextera, numeroſis etiam Capitibus hoſtium, potentior ſit! & de malleis hebetibus, acrem ſuper jugulos exacuat enſem. Hîc nimirum vobis, PROCERES INVICTISSIMI, Regni inſignia,

ſignia procudit malleus; ex quo permiſtæ ſcipionibus clavæ, curvaturæ Crucibus, aquilis annuli, veluti ex fortunæ Cornucopiis in Aulam Veſtram procident.

Verùm ab enſe mallei, ad martialem iterum redeamus ſoleam; quæ non indecoro ſordida pulvere, decurrebat olympia, æternantis Gloriæ. Hærent adhuc ad GRINVALDIUM, ſoleatæ virtutis veſtigia, ubi poſt effuſos, LOSSIANI cruoris imbres, aurea palmarum lauruumq; ſuccrevit meſſis. Ne ſola galea, STANISLAI ŁOS emeritum caput coronaret, pedibus etiam ſuo caſu Patriam erigentibus, à ſoleis corona venit; ita enim Martiali Spiritu, directam ſagittis mortem exceperat; ut non alia probatisſimæ dexteritatis indicia relinqueret, quàm ſoleis coronata. Adhuc Carpatiis repercuſſa montibus fama, vocalisſimum nomen reſonat Inviċtisſimi Poloniarum Ducis PRYBISLAI ŁOS, quòd eò longiori in orbem tractu, Sarmaticam tranquillitatem promoveret, quò generoſiùs vitam, fremitibus reboantium tormentorum objeciſſet. Sepulchralibus eluctatur ab antris fama, cui ad præſidium celſitudinis, advolant ex loricis pennæ, nullo unquam tegendæ pulvere apud gratam poſteritatem: nec invidioſâ ſeculorum manu, avellentur thoraci, cui vel hoſtilibus aptabantur telis, vel effuſo ſangvine accreſcebant. Quod olim Caput ſepelivit in galea, poſt ruinam attollit, tot coronis auctius, quot dejectis jugulo capitibus. Nam & auri pretium, diadema excedit, hoſtilibus intertextum verticibus. Luſtrabat ille Bellator hoſticum, & nunquam vaginæ gladium impoſuit ſiceum. Poſt expreſſas, adverſæ potentiæ nubes, poſt effuſos infidi cruoris imbres, optatam pacis publicæ colorabat iridem, oriundis verò è DOMO ŁOSSINIA Heroibus, triumphalem ſuper æthere arcum erigebat.

Stanislau Łos, Hero ad Grinva dium Invi ctisſimus.

Prybislau Łos, ſupre mus Exerci tuum Regn Dux.

Triumphalis in ſolea, Arcus.

Sed in fluxo aëre fruſtra quærimus ſolidisſimas præliorum Coronas? Gentilitia ŁOSSIORUM ſolea, arcum in ſe triumphorum adornat.

H Re-

Illustrissimus Vladislaus Łos Palatinus Pomeraniæ.

Recreâsti pupillam anteactæ ætatis, SENATOR ILLUSTRISSIME, cùm extorto, superbis de cervicibus tabo, perennaturis annalibus, VLADISLAI nomen inscriberes, & hostilibus procellis emersæ Patriæ, in prodromam serenitatis iridem, erigeres soleam. Coronabas manum gladio, at cervices hostium, soleato premebas jugo? nisi quòd, tàm caro monili, barbari indignissimi, bobus & equis deteriores, ab ipsis jugum tulére hastis. Ibat sub illas arrogantia, & effossa cuspidibus viscera, tingente TIBI sagum tabo, effundebat. Reptabas per scuta puer, & adolescentem cum ætate manum aptabas telis. Quid non porrectus, viribus & viris, expedires ab arcu soleæ in hostem jacula? Inducta Pennæ TUÆ sagitta, luculentum fortitudinis argumentum exhibet, quantùm ausu IMPERTERRITO, retortas in tuum pectus arundines excipiebas; dignus plane Sarmatico Cœlo inferri LOSSINIÆ GENTIS Arcitenens. Per fraudes cum Lescho alii ad rapiendam, TU ad conservandam Lechici Regni coronam ruebas per opertos Turcicis cuspidibus agros; nec rosis stratam sed mucronibus, integer vitæ vulnerisq; purus ex soleatæ virtutis præsidio calcabas Appiam. Ardebat Civili bello, vicina CLARO MONTI acies, magis tamen ex præsentia TUÆ SOLEÆ. Lugubrium, calcavit illa, odiorum fulgura, & suppressis pulverum sulphurumq; nubibus ad concordiam animorum instar solis refulsit. Iniquissimis efferre prætensionibus, simultates nolebas cum aliis, ne carissimam Patriam in civibus deprimeres: quidquid erat privatæ Aulæ à successibus, calcandum infra soleam projecit virtus. Habebas manus equidem sub tam fervidum Bellonæ tempus, ne labenti Lechiæ subtraheres fulcrum; ubi tamen fraternam cladem arma reposcebant, sine manibus TE vidit Amor Patriæ. Ad latus ferebas gladium, in pectore amorem Civium, & ne tuum in Polonis sanguinem effunderes, intra vaginam TIBI gladium, annulo obsignavit Pietas,

Pacatissimus sub Civili bello, integritatis Assertor.

Pietas. Recidisti loricæ pennas, ne carissimæ Matris in perniciem, TECUM Cataphracto provolarent. Elatam conto dexteram in columnam NON PLUS ULTRA, litigiosis ponebas castris; *ne rupto fœdere pacis, in commune nefas* suaq; viscera deſævirent. Inhærebat fraterno sangvini coronato magis, quam calcato, solea, nusquam tamen, tuâ manu, effuso; hinc colorem purpuræ quantumvis victoriosæ, irruentem sibi recepisse noluit, ne cum illo pudorem, tam insolentis triumphi, apud posteros induisset. Inferisa legionibus tuis, pectora obducebas loricæ ferro, ut sub memori pietatis clypeo, Cives in hostibus conservares. Nolebas super pectora, exarâsse triumphos, quibus letalem sepiam ministrabat profusus Nobilium sangvis. Æternitatis elogio, dignum gerebas animum, hinc fraternis super ossibus non hastæ calamo, inscribendum. Coronata, ultrò TIBI, Aquila submisit pennam, Majestas è Throno dexteram, quæ probatissimæ pietatis, triumphos super arcum soleæ incideret. Regiis inscripta characteribus ultra Patrios volvebatur limites, & profundæ encomiorum cælaturæ, Musurmannicum bibebant tabum, quò faciliùs æternitati, LOSSINIUM recuderetur nomen. Non semel palluit ad auream soleæ Tuæ dexteritatem Luna Turcica, cùm epotum bene pressa, sangvinem, copiosis imbribus refunderet. Tam nimirum fortiter, post absorptas Imperiorum fortunas, tumentem calcabat Cynthiam, ut LOSSINIAM ultrò refingi vellet in SOLEAM, nisi fastus Mahometis obstaret, qui VESTRIS CRUCIBUS submitteret collum. Et bene ad deterius fortunæ suæ dispendium CRUCES VESTRAS rejecit. In hoc enim Constantini signo, vicinus Heros toties, per audaces incursus, Bizantinis mæniis, Lunæ inconstantiam triumphabas, & colorato ad Crucem gladio, ultimam emissionem cruoris, minabaris pallenti. Adhuc stagnant ad BARUM tabo hostium & inani sudore, adimpleta, soleæ tuæ vestigia, in qui-

Calcat L[...] nam Tur[...] cam Vir[...] soleata.

*Fugat ad*bus ceu ſpeculo intuetur Poloniam fortitudinem Muſur-
...um, Scy-...s, cadit... ...cas. mannus prætereequitans, & cadentibus pupillâ imbribus, humum verberat; quòd unius Poloni Scævolæ manus, integras Orientis phalanges profligaverit. Totum credo Tyram in oculos tranſtulit profugiens Turcia, quòd priùs pontem ex cadaveribus induceres Campis donec Tyræ aditum reſeraſſes. Non ex navibus ùt quondam Helleſpontico freto Xerxes, ſed ex gladiis manibusq; abſciſsis, pudibundo Iſtro compedes injeciſti. Coronata legionibus tuis nemora, quercinum DABROVÆ TUÆ nectebant ſertum, jam verò triumphalibus pennis volitans ſuper Orbem gloria, virides ſpargebat palmas, & inter dulces occentus, alterno cum fama choro, NOMEN VESTRUM ferebat. Ruebat ſparſus in terras odor, & militarium arcanorum putor, gratiorem, Demoſthenis ore, exhalabat fidei tenacitatem. Nimirum Hephæſtionis Perſonam exardebas tuliſſe, nec alio extra ſoleam annulo, tuorum obſignabas Imperatorum ſtratagemata. Ita erectum à MAJORIBUS TUIS Arcum triumphalem, militaribus auſis roborâſti in ſolea, ut nec modum hucusq; invenerit cogitatu facillimo Orbis poſterus, quo Veſtram celſiùs promoviſſe valeret fortitudinem.

Alluditur ſtemma- Nomen.

Semper à Conſi- Ducibus.

Antequam nihilominus Palatini coronam Honorarii poſſideretis, prior intra Minervæ auguſtalia, evaſit coronata Sapientia. Ita enim victrices laureæ, Heroûm cingunt Capita, ut doctas etiam redimiant frontes. In ferro militiæ in fronte Sapientiæ creſcunt adoreæ: nec fæcundiùs ex cruore Martio, quàm erudito ſudore in meſſem ſurgunt. Pro juris Corpore Caput decertat in curia, & longiorem proceſſum in litibus tandem excipit decretorum coronis. Ut rixis capita abſcindat Themis, ſupplet quandoq; ferreus, diadema gladius, & locò verticis coronat jugulum. Diviſus in partes Orbis, illi optime quadrat Capiti, quod, quadrato intectum pileo, totam

tam exornat Sapientiæ amplitudinem, quin & pectus Theologicum, ipso sole coronatur in Aquinate. Ne dialecticos solùm volveret in coronam circulos Aristoteles, Euripi etiam coronatus gurgite. Si multas nuper pecudes coronavit antiquitas, quid non solis radii, disertum Memnonem? Ipsa, illi, periodica circumductio, serti vices supplebit. Nec Poëmatibus, verticis insigne deest, decem coronatorum millia, magis auream effecêre venam Ennii. Nescit videlicet sub Augusto, feriari eruditio, quamvis manum calamo in Polonia, nunquam tamen coronæ Caput amovet. TUAM verò INDOLEM, ad arcem deliberantium, progenitam, quæ non perpolivit eruditio? Gentilitiis coronata soleis altiùs caput extulit, quàm poterat in Augusto optâsse. Auro ipso, ponderosius SOLEÆ VESTRÆ diadema accepit Pallas, cui, ùt semper eadem cum Bellona affinitas, sic constans veneratio: manum hastis distinet, cordi imponit soleam vel capiti. Habet nimirùm Polonus Orbis, quàm grato in Te veneretur poplite Sapientiam, in cujus toties felicitatem publicam, armata à tui capitis armamentario deprompsisti Consilia.

Vacatione in Polonia augusto mense.

Coronata soleis Eruditio.

Ubi enim domestico solutus otio, HOSIANUM BRUNSBERGÆ salutâsti Lyceum, usq; adeo doctioribus stadiis Minervæ Olympia emensus es? ut in novum conquisitæ eruditionis præmium, novam adjiceres diligentiam. Indignum sane LOSSIANO ratus sangvine, si antiqvum dignitatis valorem, posterorum pretia non adimplerent. Profunde nimis illud Tuæ insedit menti studium, ne ab ea literarum arena redires vacuus, ex qua, TUI MAJORES laureatum verticem extulerunt. Hinc luculentum steterat rarioris solertiæ tuæ indicium, quàm citra invidiosam animorum æmulationem, omnium sagacitate ingenia, facilitate memorias, subtilitate acumina, admirabili demum scribendi, loquendiq; modo, graviores etiam quorumvis sensus prævertisti. Post decertata ad

Brunsbergensem Elidem certamina, ad caput Orbis Lechici, destinatam scilicet SERENISSIMORUM REGUM inaugurationi, Cracoviam fecisti metaphoram, ut inclusæ, capitis tui nucleo, omnimodæ eruditionis Iliadi, alteram à LOSSIANA SOLEA imponeret coronam Cracus: ubi gratiosâ limatæ dictionis svadâ perpolitus vix in Te, dubios auditorum sensus transferebas pro rostris, cum grandi semper animorum plausu auditus es, nec unquam ex facunda acie discesisti nisi victor. Continuæ sedulitatis exercitio, in tantum ditioni tuæ subjecisti eloquentiam, ut annorum etiam gravitatem in Tui votum ingenii pertraheres. Quicunq; dabat aurem Tullio, principatum oris tui tenenti, teneram incusabat ætatem, quòd tàm vasti capacitatem animi, tardiori passu ad publica negotia expediret. Et jam sibi Auditor longiorem precabatur salutem, ut TE vel semel pro Comitiis Oratorem veteranâ exciperet aure. Taceat popularis ille occentus lyræ, ad quam, moles saxorum, uni semper hominum destinata, usui, pertracta est? majus mihi invento Orphei, artificium est, animos posse hominum ad arbitrium libertatis positos, eò admiranda virtute eloquentiæ deducere, quò nec ipsa ire nolint, nec velle possint aliò. Talem TU Gallicus intra Poloniam Hercules, aureæ dictionis catenam, circumferebas in ore, & quemcunq; volebas, sine arduo colligabas negotio. Ad primum svadæ Tuæ sonitum, aurem aliis, tibi animum, reserabat auditorium, & cum pedibus, ibant ultrò manus in Tuam sententiam. Quodsi lugubris Comploratio, è monumentis gloriæ reserabitur, nihil præter vivacem exinde surget svadæ Tuæ triumphum. Scio lugubrem aliquorum facundiam, alterâ supra sui exiguitatem, compassione indigere: ita enim quandoq; imbecillo ab ore nascitur, ut emortuâ veluti de sepulchro depromat verba, majoribus digna lacrymis quàm sepulta in Cineribus solatia. Procul ab hoc offensionis lapide, Oratorium removisti

pedem,

pedem, ipso Cynea DISERTISSIME VLADISLAE. Quoties enim auream solvebas in stylum lingvam ; ipsum pæne toties sepulchri marmor, fabuloso felicior Deucalione ad vitam memoriæ reducebas. Senatoriæ nuper pompæ, Regius Complorator, ita Regnatricem in throno oris tui, Eloquentiam reserâsti, ut ad decorem solii, Te nemo congruentius perorâsse potuerit. Ne communi mortalitatis antro, supra communem, eluctatus, vitam, inferretur ILLUSTRISSIMUS MARIÆBURGI PALATINUS, IGNATIUS, Divæ memoriæ BAKOWSKI, tantum ab aurea svada, ponderosissimis alioquin virtutibus ejus, dedisti pondus, ut nobilissimorum Corona auditorum, suum illi pectus, in perenne amoris dedisset mausolæum. Nec alibi meritissimum de tota Polonia Senatorem, tumulari decuit, quàm in cordibus Carissimorum Civium. Ultrò illi patebat aditus cùm viveret ad augustal amoris, quid non à morte etiam, perennitati & constantiæ in eodem reconderetur? Ingens ille semper habitus est, ex virtutis magnitudine, dum staret, sed non minor in casu, à TUA laude apparuit. Ita nimirum ejus Umbras illustrissimo serenâsti eloquio, ut concita ad dolorem Nobilitas, sua cum Palatino solatia, includeret urnæ, nisi vindiciis svadæ tuæ hilarata, omnem ex vultu, mæroris pullam exuit, quòd TE, suo honori superstitem, meliora servarent fata. Hos nimirum colligebat triumphos, Palatinis coronata soleis Eruditio, hos in tuo armorum speculo, SERENISSIMI JOANNIS CASIMIRI suspexit Aula, cùm indolem expoliret: ubi juvenilibus quantumvis in annis, nescivit lubricum, virtus soleata. Neq; enim sola, glaciem progignit hyems: In Aulis etiam hybernat, ubi solidior quandoq; succumbit virtus. Ad permistos, Ethesiis Aquilones, dulces concrescunt latices, ut per lenocinia incedens pudor, faciliùs cespitet. Innatant sirenes cymbiis, & naufragium probitati occinunt. Non semel malum Ulysses sensit, cùm svavem Nympharum

Regius Complorator.

ſonum per aures introduceret. Inter fuſas, falerno menſas ſæpè corruit mens ſobria. Expeditæ in luſum chartæ, crebriorem virtutis caſum numerant: ubi fides in medium ponitur, & abſumptæ conſcientiæ diſpendium, in vim lucri refertur. Nec in aleis ſine offenſa incedit probitas: à ludicris osſibus, parùm differt lubricum: à manibus alea, à pectore projicitur virtus. Intra Ephebo-rum catervas, fovet etiam Antipodas Aula: nam & noctem Aulici in diem vertunt, nunquam ſcilicet magis inſolentes, quàm ad umbras videntur: ne ſolem virtutum inſpiciant, amicas vitiorum noctuas æmulantur, ut ingratis vocibus, omnem à pectoribus proſcribant honeſtatem. In multo ſalientium numero, ſæpiùs infringit pedem innocentia: nec modeſtioris animi comitas probroſiùs exploditur, quàm ubi pedes in choreis plaudunt. Si quando vitam Aulicam diſtinet venatio, prima Orci canibus, in prædam virtus jacitur: ab antris proſiliunt feræ, à pectore virtus proſcribitur. Sine ſatellitio, rarus eſt, qui intra Aulam nolit incedere; Principem cingit famulitium, famulos vitiorum caterva. Curvati poplites lævigant pavimentum, ut in marmore adulabili priſtinus labatur candor. VLADISLAI indolem, coronato perpolivit exercitio, SERENISSIMI JOANNIS CASIMIRI REGIA, ad quam, nonniſi poſt multos virtutum gradus patebat aditus. Ingens erat fortunæ tuæ Generisq; auctoramentum, quòd illius Principis coronares latus, cui totum in armis erat Imperium, in Conſiliis prælium. Munita, ferro dextera, & Sceptri quandoq; obliviſci debuit, ubi non aureum Regni pomum ſed plumbeæ in hoſtem glandes rotandæ fuerant. Hinc non aliâ implebat Aulam indole, niſi quæ per ſagum ad togam adoleſceret. Publicarum rudimenta cauſarum, SECUNDUS TIBI ſolidabat JOANNES fortunabit TERTIUS. Illius throno, Parentum, meritis, hujus ſolio, tuarum commendatione virtutum, proximatus es. Promotæ ad Regiam pubertati, eò gratiùs

Neſcit Au- lubricum irtus ſole- a.

tiùs plauſum dedit Sarmatia, quò tuæ ſecura gloriæ, roboratam ſoleâ adoravit virtutem, ne ab alto fortunæ faſtigio in præcipitem daretur caſum. Fruſtra tamen judicium Tûi ex perſona aliorum ſumebat: ita enim exactam, celſo genere probitatem, REGIO credidiſti ærario, ut politis inſtructam moribus, efferres ſine fuco ſcelerum, locupletior. Ne quid ſtagnantibus cum aquis, putidi haberes conſortii, expeditam per Imperia movebas pennam, ut TE priùs ex calamo, nationes legerent, antequam ex vultu poſſent. Cum Legatis Principum, libens Oratoriâ certabas ſvadâ, quodſi eorum abitus, lingvæ ſubtrahebat exercitium, oculos erudiebas Authoribus, reddebasq; conſiliis Caput habile, quod ruborem purpuræ, nunquam adfert in Curia, cum doctos ſenſus aperit per ſuffragia. Hinc freqvens TIBI, cum eruditis quibusq; certamen erat, & vaſtisſimas Authorum mentes, intra unius, capacitatem ingenii comprehendebas. Liberali impenſus diſciplinæ, ad eam demum vivendi conſvetudinem perveniſti, ut ſine Minervæ manubiis nolles unquam incedere, quin numeroſas perferres in Authoribus, perſonares in libris. Et verò, non diſſonus itinerantium comitatus, liber eſt. Rectiùs ad honeſti metam non pervenitur, quàm per Apellis lineam, nullo otio interruptam. Sanè nulla Tuæ.

- - - ſic impervia famæ *Claudianus*
Succesſit Regio, quò non rumore Minervæ
Losſinius penetraret Amor. - - -
Per Cunctos iit ille gradus.

Nam & Aulæ otia, doctioribus erudiiſti impendiis & quam intra Athenas Lechiæ rapuiſti Minervam, intra Aulæ deſidiem, limatisſimâ illuſtraſti ſoleâ, & ne facilis offenderet in lubrico, firmiora ab ingenio injeciſti acumina. Quia verò accepta ex incude ſolearum, functio, procul rejicit longiora ſtativa, hinc ab Aula Jovis Le-

chici, ad Principum exterorum Atria, rotatæ sunt. Ne solus in Italiam, aurum volveret OSSOLINIUS, Tua etiam ad consortium pertinebat solea: cum quo non equorum duntaxat ungulas, sed imperia coronâsti in agris plateisq;. Tanti nimirum valoris est ferrum Lechicum, ut terras etiam exterorum coronare valeat! Dederas documentum Ausoniæ, quàm in fronte, exteris, sub pedibus, Lechis, aurum recubet: nec quod gerunt Capita, sed quod calcant ungulæ, aurum est: credo simile nec in Alpibus reperit Italia. Quod Gallico Herculi ab ore profluxerat, sarmaticis pallescebat sub pedibus, quod ille lingvâ, plantis, id potuêre Sarmatæ. Postquam Romam fertilem, Tyber reddidit, auream illi venam aperuit Polonorum solea. Ne tumidior Pactolo India, Polonam offunderet gloriam, etiam Polonus Istula, auream in soleis, largo sinu, arenam, rotavit. Iterum Saturni secula redierunt à Polonis in Italiam; quam enim terræ glebam calcârunt soleæ, auream tulêre messem. Ita nimirum magni apud Principes exteros fuisti pretii, ut in cordis ipsius ærário, aurum soleæ Tuæ videlicet solertiæ servaretur comitas. Vix Germanico illapsus Cœlo es? clariorem à solea TUA, quàm à sole recepit diem. Auctiores in Poloniam revexisti gratias, quàm olim SKARBKOVIUS. Aurum ille adjecit auro, TU ejus annulo, gentilitiam addidisti soleam: pectus, ille obsignavit sigillo, TU armis tuis in amorem Poloniæ reserâsti. Ad accensum soleæ tuæ fulgorem palluerunt, autumo, Galliarum lilia, ne argentum illorum vilesceret, postquam aurum in armis tuis attulisti. Strata marmoribus Appia, Lydius veluti lapis, aurum TUÆ probabat SOLEÆ, & quia celsum valoris gradum continebat, ultrò se, illi, insternebat calcandam. Ita nimirum, totius Orbis sphæram, glorioso decurrit vestigio LOSSIORUM solea, & quam magnis meritis cumulavit dignitatem, in theatrum Universi, pulchro rotavit ambitu.

Aurum in soleis ad Exteros, rotatum.

Lustra-

Lustratis, illustratisq; generosa peregrinatione Imperiis, non prius cultam, probatis moribus, indolem reduxisti in Patriam, donec rursus ILLUSTRISSIMÆ GENTIS TUÆ SOLEAM, in triumphalem Regnorum portam erexeris: Nempe futurarum bene augur legationum, habuisse volebas liberum ad imperia aditum. Sane & Regnum cingunt alta mœnia, nemo illud subintrat, nisi cui ostium fortuna reseraverit. Hinc amplissima Sarmatici Regni negotia, nemo TE melius aliena introduxit ad Imperia: qui ne aditum, diuturnâ pulsares patientiâ, reseratam erectamq; habebas soleæ tuæ portam. Aperit limen equidem Luna Turcica, nimis tamen acuta gerit cornua, quæ subintrantem Legatum facile confodiunt. Quodsi venerit ad fortunæ plenilunium, neminem ad suæ lucis consortium intromittit. Unicum id SOLEÆ TUÆ, ingenium est: quantumvis enim meritorum ad augem deducatur, ultrò tamen impleri honoribus non vult, ne recurrentem, publici privatiq; Boni necessitatem arceat ab introitu. Hnic & Sveticum ultrò TIBI reserâsti aditum: erecto super muros Leoni, jugum soleæ impositurus, nisi vellet coronam accepisse ex illa. In ipso exnunc Legationis aditu, svavem TIBI pæana cecinit, quòd futuræ tranquillitatis conscius, amiciora SOLEÆ TUÆ vestigia TECUM in Poloniam relegisse deberet: ultrò destitit affectâsse Polonorum coronam, postquam sibi adferri ferream in Armis tuis senserat. Superbam in mari Baltico demersit mentem, & damnatâ ad humiles clivos, majestate sua, sublimioris volatum imperii, sarmaticæ concessit Aquilæ. Composito ad amorem Polonorum, Leone, non frigidam LUBOMIRSCIANÆ SRZENIAWÆ affudisti lætitiam, cui in coronam Legatus redux, TUAM inflexisti SOLEAM, ut per hunc solidissimi amoris pontem, exterum cum Lechico conjungeres littus. Exulem Regno concordiam, vix Polono restituisti desiderio, & subitò numerosis ordinibus, per tuas solearum portas,

Erecta, i[n] soleis, Lega[-] tionum Po[r-] ta.

A Lubo[-] mirscio in Sveciam Legatus.

tas, inserebant sese, permista Comitiis Tribunalia: ut, qui noveras salubrem in suffragiis animum ad arcem Consultantium introducere, exclusam simultatibus æquitatem ad meliorem judicii trutinam reassumeres. Nunquam diu stetisse ante Tuæ probitatis Tribunal, visa est causarum æquitas: ad primos etiam pulsus, ultrò illi patebat Curia, nec longis discuti permittebatur rationibus: nam legum veritas, ex primo etiam, apud probum judicem aspectu cognoscitur. Incorruptæ Areopagum virtutis obserabat severitas, ne quantumvis pectus ferreum, aureo expugnaretur asello. Quoties verò ad Comitia, liberos TIBI gradus sternebant Electorum suffragia, semper saluberrima consilia, SOLEÆ TUÆ vestigiis incedebant: nec aliter in commune bonum expediebatur felicitas, quàm per erectam, applausibus Collegarum, ejusdem SOLEÆ TUÆ portam. Nec extra virtutis gloriam, postquam enim merita, nobilissimi promoverunt calculi, honorem illis in præmium destinavit solium. Ut majori palato Regum accederes, munus Tibi oblatum Dapiferi. Postquam in Orbe Lechico, obsequia Tua porrexisti Regibus, in PLOCENSI etiam, Serenissimam tractares mensam. Et quamvis ipsa merita, Generosam mentem nutriunt, sapidiùs tamen virtutis alimentum, Honor est. Quippè Heroûm animæ, ad majora proculdubiò moventur ausa, si post arduas laborum victorias, liberalibus Cyri releventur conviviis. Ut sapidiùs Ganymedis nectar redderes, omnia, compositis ad gustum moribus, condiebas fercula: Dignus sanè Lechici Jovis mensâ, quæ tàm placido nutriebatur ministerio. Illigantur pleriq; mensis Principum, ut relicto, post absumptam aliorum vitam, dignitatis fragmento potiantur. Nolebas TU, alienis mortibus, mentem tuam neutiquam titulorum avidam saturare, qui non aurum ad mensam Regiam, sed merita multiplicabas: quanquam & in aurum mutâsse tuam volebas promptitudinem, si fortuna Tibi, Midæ

Semper ad Comitia Nuntius, ad Tribunalia Iudex Deputatus.

Dapifer Plocensis.

manus

manus aptâsset ad vitam omnium non ad mortem nutriendam. Quia verò difficiliùs honores incipiunt quàm crescunt; planiorem Tibi proinde viam ad CASTELLANI CULMENSIS culmen, Regiæ strauêre mensæ. Quam, ILLUSTRISSIMÆ DZIALYNIÆ GENTIS SAGITTA, glorioso cursu, metam attigit, aberrare ab ea, ŁOSSIORUM non potuit. Culmam illi despondit annulus, Tibi circulus soleæ, ùt vicinus stemmati, sic honori remotus esse non debuisti. Eluctatus ad Culmen gloriæ, non ut casu graviore rueres: nam passus meritorum, benè solidat virtus soleata: altitudo Prussiæ çoronanda fuerat Tuæ Soleæ celsitudine. *Castellanus Culmensis Illustrissimus Dzialynski*

Non sic tamen ad culmen Trabeati Honoris CASTELLANUS venisti, ut violento cursu, Personam tuam requirentibus titulis sepires aditum. Generis Honorisq; thesaurum recondidisse tantisper Prussiæ ærarium debuit, donec manum pro tota Polonia laborantem, totius clavis Poloniæ, in concredito custodiret ærario. Aurum etiam in benè meritos à tua manu profluat, quæ tam longo bellorum tractu in hostem rotabat gladios. Servabas intra clavem frameæ, integerrimum Regni tui honorem, quid non ejus fortunam, intra fidem auream? Extra sigillum Tuæ soleæ, nullibi Polonæ felicitatis depositum reponeretur securiùs! Quanquam & solea nummorum auget pretium: quin & teretem pecuniarum figuram sustinet, ut rotatione celeri, dexterrima scilicet ŁOSSIORUM agilitate, bellicum exsolvat stipendium. Nec facili volubilitate manum tuam, nummi deserent; antequam enim volventur ab ærario, viam illis ad benè meritos reserabit solea, & passus singulos, Crucium cohibebit uncinis, ne ad Aulas ignavorum declinent. Hinc consultò rejecit integritatem orbitæ, ne celeriùs festinando, tardiorem in domo Desidum, inveniret laudationem. Pretioso, fidelitate, THESAURARIO, Altum rursus PALATINI HONORIS depositum, ad manus è throno venit, JOANNIS TER- *Thesaurarius Terrarum Prussiæ.*

TII REGIS SERENISSIMI: ne effosis duntaxat auri montibus, Reipublicæ ditares penum, POMERANÆ etiam BALTHIDOS, sub tuam fidem & clavem, deduxisti arenam, Lydio cariorem Pactolo. Devolutus igitur ad Aulam tuam, post absorptum præliari Cataclysmo DONHOFFIUM, POMERANIÆ PALATINUS murex est, & pallentem ex acerrimo luctu, Nobilitatis faciem, lætioribus depinxit coloribus. Et jam Baltico admovisti mari Palatinus soleam, non alio judicarem fine, quàm ut, procul remotis à casu, Civibus, grandia PERSONÆ TUÆ merita ultrá marinas etiam Regiones deportaret. Sed quia fluxa est NEPTUNI Appia, gravitatem soleæ non sustinet, hinc quò TUA SOLEA pervenire non potest, illuc excubans pro armis penna provolabit. Ita scilicet ILLUSTRISSIMÆ GENTIS TUÆ SOLEA, & solum calcat sine casu, & in altum sine metu penna evolat; ut & terris festinet honor & merita pennis in àërem sublimata, toti pateant ex alto, Orbi. Quanquam delatus ILLUSTRISSIMÆ PERSONÆ TUÆ HONOR arctior Aulam tuam ingressus est, quàm merita postulârunt. Totâ quamvis commearent Poloniâ, dignitatum honoraria, tuorum tamen vestigia meritorum non adimplerent. Ita enim magnis, Capitolium GLORIÆ TUÆ, ampliâsti virtutibus, ut singulæ, tantis, quos hodie geris, vix benè compensarentur titulis. Quare ad mare Balticum, Palatina TIBI in præmium, collata Provincia est, quia pro immensa meritorum amplitudine, & terrâ & mari festinare ad AULAM TUAM debent tituli. Hinc nulla in Te meritorum Brevia suspexit Argus solii. Ad Altum Balthidos, PALATINUS audiisti POMERANIÆ, ut profundo titulorum, profunditas obsequiorum mensuraretur. Breves esse non diffiteor aliquorum titulos: nam & merita, quibus honor innatat, brevem sæpenumerò profundunt rivum. At verò LOSSIORUM è Domo, profundus semper meritorum Oceanus in Regnum profluit, hinc Alto PERSONÆ TUÆ, Altum

Palatinus Pomeraniæ.

Altum Pomerani honoris illapſum eſt. Nec mirum Oratoris calamo! ſi ex Regio directus ſolio, DOMUM TUAM popoſcit ſupplex. Nemini credo potuit felicitatem Pomeraniæ ſecuriùs commiſiſſe, quàm TUÆ SOLEÆ, quæ totiùs non ſemel integritatem Poloniæ, in Comitiis ſine caſu, in bello ſine vulnere, in judicio ſine reſpectu ſuſtentavit. Rotata eſt, ingentibus meritis, in uſus Patriæ. Ne enim tardiori paſſu in ſuppetias præliorum volveretur, rotunditatem illi induxiſti. Noluiſti ſolidisſimam GENTIS TUÆ gloriam, inſtabili fortunæ rotæ credidiſſe, firmiùs dignitatem Palatinam devexiſſe non poteras per Orbem Lechicum, quàm ferreâ SOLEÆ TUÆ Orbitâ. Nec fatorum agnoſcet lubricum: ternæ enim Cruces, quibus TUAM circumdas SOLEAM, acres dabunt honori uncos, quibus & intra Aulam veſtram detineatur incola, & nullos ceſpitet ſoleatus in annos. Et quidni ceſpitet? ubi nomen ipſum ſolearum loquitur, quàm ex ipſa meritorum ſoliditate, elaboratæ ſint. Ferream ex bellico chalybe procudit Mars, perpolivit Gloria, ut infundatam Pomerani Ducatûs Majeſtatem, armatis ſemper præliis & conſiliis ſuccollet & conſolidet. Nec ſolam ſoliditatem à SOLEA, Palatinus deducit Honor, triumphalem etiam Coronam reperit. Pridem ſtemmatis Tui Circulus, amplisſima in Tuo capite decoravit merita, Polonumq; edocuit Orbem, quàm in DOMO ŁOSSINIA, auro pretioſius ferrum eſt: nec à pedibus duntaxat offendicula arcent ſoleæ, ſed etiam in coronis Senatorium exornant caput. Adoravit non ſemel Polonia Civicam in GENTIS VESTRAE SOLEA, poſtquam integritatem Civium, ſoleatis, hoc eſt, ſolidisſimis coronaretis Conſiliis. Hinc ne Honor etiam Pomeraniæ ſine coronis eſſet, TUAM illi SOLEAM credidiſti. Quia verò cum aquilis, victorem in AULA TUA, Chiliarcham reperit, ideo triumphalem illi Arcum, ejusdem in ferro SOLEAE erexiſti. Quodſi nomen & viciniam á ſole deducit ſolea, quid non illuſtres

Ad Soleatum Inſigne alluditur.


In Coronas etiam reſinguntur ſoleæ.

24

radios, Palatinum resperget in subsellium? Pridem illa, trabeatæ dignitatis solem, intra suam circumfert sphæram; & continuis sine mentis tædio, perpolitur usibus, ut inductam Polono Cœlo serenitatem, majoribus gloriæ incrementis accendat. Nec à Regum solio, longo tractu dissidet LOSSIORUM SOLEA, semper in consiliis Senatorum, thronum solidat, ne titubet Majestas Sceptri. Et jam profectò sparsum collegit nuper à solio solem, cùm Palatino indutus laticlavio VLADISLAUS, ad gloriam MAGNI NOMINIS virtutisq; inter PATRES PATRIÆ refulsisset. Postquam Regum capita, soleatis curulibus Culmæ firmaverat, ad ipsum tandem pectus debuit altiori subsellio accessisse. Nec portum honoris habet, quamvis ad littus Balticum constiterit virtus soleata. Ibis SENATOR ILLUSTRISSIME, ex Prussiæ Ducatu Magno, ad suprema Lechici Regni fastigia. Nondum perfectus est (licet omnem meritorum inclusit Arithmeticam) SOLEÆ TUÆ circulus: hinc ad augem Gloriæ, tamdiu felicissimo incremento volvetur, donec totum fortunæ compleverit Orbem. Patet ostium non reductæ in circum soleæ, ut commodiùs subintret AULAM DIGNITAS, ex qua toties, numerosas in obsequiis legiones, ad suppetias Patriæ expedivisti. His proinde ARMORUM TUORUM postibus, in pulchro Honoris Palatini ingressu, Oratorios gratæ mentis applausus introducimus: ne autem tenuis svadæ nostræ apparatus, ad decorem minùs, in amplissima, SOLEATÆ VIRTUTIS Appia videatur, dabit illi magnitudinem, dexterrima PERSONÆ TUÆ affabilitas. Ubi verò ad ARCEM TUAM, intromissus, Principem possidebit gratiam, non alià profundet TIBI pennâ, panegyrim, nisi Tuæ, Te annuente, detractâ, Alæ. Ab Alto, POMERANÆ BALTHIDIS, ad Alta TECUM provolabit Honoraria, & distentam Gloriâ Tuâ pupillam, ad legendam diriget SOLEATÆ VIRTUTIS APPIAM.

Ibit ad augem Gloriæ, circulus possiniæ soleæ.





rge